10 furiosum.Et ego cum Decio sentio.† Illud autem nõ prætermiserim,quòd etsi furiosi non sunt puniendi,parentes tamen,aut alii consanguinei qui illos negligenter obseruarunt,puniendi sunt,ut est.text.in.d.l.diuus.ante fi.cui succinit Platonis leg.lib.de legibus 12.quo cautum est,

D ut

tum est, ut propinqui furiosum domi quocunq; mō possint, custodiāt quod nisi fecerint, mulctentur, qui maximi census sunt dragmis cētū, siue seruū, siue liberū, minus diligente: custodiāt. Qui secūdi cēsus quatuor de quinq; minae partib. qui tertii, tribus, qui quarti, duab. Legib. āt antiquis hmōi furiosi relinquebātur custodiæ agnatorū, gētiliū. Cic. lib. 2 De inuētione. Si furiosus est, agnatorū gētiliūq; in eo, pecuniaq; eius ptās esto, ut Varro de Re rustica lib. 1. c. 2. Qui salubrem locum negligit, mente captus est, atque ad agnatos, & gentiles deducendus.

TERTIA CAVSA.

SVMMAE.

1 *Furore correptus post patratum facimus, mitius puniendus.*
2 *Furiosus loco absentis, et ignorantis habetur.*
3 *Furiosus mortuo æquiparatur.*
4 *In delictis publicis attenditur tempus commissi delicti non pœnæ*
5 *Furor non liberat à pœna æterna Theologis.*
6 *In pœnis sequenda mitior pars, ubi uariæ sunt opiniones.*
7 *Furioso an parcendum in summa sceleris immanitate.*
8 *Furiosus tum demum puniendus, si processus sit inchoatus aduersus eum, de crimine quod patrata ante, quàm in furorem incideret*

1 Tertio non solū qui in † furore deliquit, nō puniēdus ē, sed & qui dū sanae mētis esset, facinus perpetrauit postea furore correptus est, mitius sane puniēdus est, ut sic furor superueniēs poenā minuat, per id ꝙ uoluit Bal. & post eū Alex. & alii recētiores, in l. furiosū. in fi. C. qui test. fa. pos. q. furor post delictū aduenies excusat a poena corporali, nō tn̄ a bonorū annotatione. & idē Bal. ꝙ aduersus illū procedi non pōt, in l. humanitatis. col. 3. vers. 3. quæritur, si furiosus. & ibi Franc. Are. col. antepe. uers. circa aliud. C. de impub. & aliis substi. & ipse Bal. in c. 1. ī fi. tit. an ille, qui inter. fra. do. fui. vbi etiā Aluarot. post eū, & Imo. in cap. Raynutius. in materia exemplaris substitutionis. de testa. & in l. ex facto. & ibi etiā Frāc. Aret. col.

col.15,ver.si verò.ff,de vulg.& pup. substi. & Floria qui hoc reputat mirabile,in l.sed & si.§ iniuriã,col.2. versi. prædictis addc.ff.ad leg.aquil.& Ang Are.in tract. malefic.in verbo, scienter & dolose,col.3.ver. quid in furioso vbi hoc dicit sing.& ibi ugu.Ati in addit qui id dicio se in facto uidisse,& Cepo.caut 8,incip.est,& alia cautela. Alii aũt ponunt sub 2.caut. & Ias.in l. patre furioso, col.antepe.ver. cõsequenter no ff de his qui sunt sui vel alie.iur.& nouissimè Ferd.Loaz in repe.§.diui.l. filius fa. char.pe.ver. ex quibus sing.inferri potest. ff.de leg.1.
2 †Cuius rei est utiq; bona rõ,ut pleriq; autumãt, tũ quoniam furiosus habetur loco absentis,& ignorantis,ut est tex.in l.sed siunus §.filiofa. ff.de iniur. & l.iulianus. ff. de diuor & l.1.§. adipiscimur ff. de acquir.poss. & l.2.§. furiosus ff de procur.& l.ubi non uoce.§. furiosus ff. de reg.iur.& tex.omnium optimus ĩ l.2.§.furiosus ff. de iur codic.ubi furiosus per oĩa, et in oĩbus absentis,et quiescentis loco habetur.quẽ tex.facit sing.Ang. in d.l.in negociis.ff de reg.iur.cumq; dicit esse meliore de iura, idẽ Ange. in d.l.ubi non uoce. At poena corporalis ferri non potest in absentẽ.l.absentem ff. de poen. Nec cum poena corporalis uenit imponenda,admittitur curator,aut procurator l. pen. §.ad crimen ff. de publ.iud. Et hanc rõne sentit Bal.ĩ d.l.furiosum,et ĩ d.c.1.an ille qui interf. fra.
3 †Tum quoq;, quia furiosus mortuo. æquiparatur.l.qui ad certũ.ff loca.et l.bonorũ.ff.rem rat. hab.et not glo.l. si quis alium. ff. de acquir. hære. At mortuus de iure cõi non patitur poenam corporalem.l.defuncti.ff.de pub.iudi.et ibi cõcor.(uide Cy in l. 1.aut 2. C.qui test.fa.pos.) Et hanc quoq; rõnẽ sentit Bal in d.l. humanitatis(quem uide in 4.fal.)Imo.et Frã Aret.in d.l.ex facto. ff.de uul. et pup.Quãobrem dicit Bal.rem mirandã satis in d.l.hu
4 manitatis si post†latam capitalem sentẽtiam in flagitio sum,eum furor occupet,tutius esse, ut non mãdetur exe
5 cutioni. De quo etiam per Imo in d.cc.Raynutius.†Tamen Ludo.Roman. in d.l. furiosum, et etiam in l si seruum.ff.si ex nox.causa ag huic opinioni reclamat, dicẽs

D 2 furo-

furorem post delictum aduenientē nullo mō excusare, quin delinquēs ipsò corporaliter puniatur, prout delicti qualitas expostulauerit, quoniā in publicis delictis attē ditur tēpus commissi delicti, nō personæ mutatio, ex sen tentia Bar. & aliorū in d.l.si seruum, per tex. in l. 1.ff.de poe.& l.1.§.1.ff.ad turp.& l.si quis decurio.C. de fal. Et hanc opi. sequitur Lancel. Polit in trac. substit. char. 40. uer. circa hoc aūt quæritur. ubi ēt rn̄det ei; quod dictum
5 est furiosum haberi pro absente, & mortuo.† Et eā quidē opin. dicit uteriorē de iure Ias. in d.l. furiosum, & in d.l. si seruū. & in d.l. ex facto col.10 uer. & reperio ff de uulg. & pup. Idq; tribus mediis (ut ita loquar cū nostris) ultra rōnē Roma. Primo, per tex. in d.l. diuus, uer. si uero, in il lis uerbis, nec morbo eius dandā ueniā, & in illis, suppli cio afficiendus. Secūdo, per id quod fortiùs tenet Bar. in l. nunquā. §. si ui aut clā per illū tex. ff. de accusa. quod si aliquis cōmisit peccatū mortale, cùm esset sanæ mentis, deinde in eo mortali peccato efficiatur furiosus, & in fu rore moriatur, certè apud Deum damnabitur. & ita dicit tenere theologos. Si ergo apud Deū furor superueniens non liberet à poena æterna, quæ longè immēsior est, mul tò minus à poena tēporali, cūm minus agatur cum Deo, quam cum hoīe. l. si quis reū. §. uoto ff de pol lic. quod di ctū pro not. reassumpsit idē Ias. in d.l. patre furioso. Tertio, per id quod no. ipse Bar. in d.l. ex facto, col. 5, uer. 7. in pupillari requiritur. ibi, quæro quæ est rō, quod pater pōt exheredare filiū furiosum ex cā ingratitudinis ante furiosum cōmissæ. quē & ibi sequūtur Imo. Frāc. Aret. & alii recēt ores, in eā rē citātes tex. in l. ul. § sed cum anti quitas. C. de curat. fur. iūcto tex. in l. si quis ī suo. §. legis C. de inof. test. Aedit & Ias. ubi supra l. de creationibus, de epis. aud. Et tandē quoq; ipse Ias. in d. l. ex facto loco suprà alleg. rn̄det ei, quod diximus, furiosū esse loco ab
6 sentis, et mortui.† Dicit tn̄ Ias. nō esse discendendū a pri ma opin nec iudicādo, nec consulendo, nec legēdo, cū in poenis sequēda sit mitior pars, ubi sunt diuersæ opin. per tex ī l. iterpretatiōes, et l. sanctio. ff. de poe. Et quia durū
uid e-

videretur, si uere furiosus decapiteretur. postea uerò ueluti sui oblitus dicit in d.l.ex facto.co.11.uer & reperio ff.de uulg. & pup. posset responderi textui d.l.diuus quia ibi dicitur, q super ea re est consulendus princeps. & subiungitur, quòd propter immanitatem sceleris (ibi.n.ponitur casus de eo qui matrem interemerat) morbo eius nõ est danda venia. ideoq; datur clare intelligi, quòd nisi esset tanta criminis inhumanitas, non esset hmõi furiosus
7 supplicio afficiendus. † Id quod ipse ás.deprompsit è pena Fran.Are.in d.l.humanitas, & in d.l.ex facto, ubi hãc rem late examinat, & primam opinionem sequitur, nominatim carpens Rom.qui contrarium tenuit, & respondet ad rationem illius. Et hanc etiam sententiam inclinat Hip.Marsi.in l.1.co.7.uersi.sed prædicta possent.ff.de sica. Sed ad id quod de immanitate sceleris dictum est, adde quod late scribam infra in 49 causa nu.10.incip.illud
8 tamẽ. & seq. † Alex.in d.l.ex facto.col.8.ver. adde quòd ex hoc infert, in ea est sententia, ut si processus non sit iuchoatus ante furorem, non sit condemnandus, sed si iussi expeditus esset processus, possit puniri. Respondetq; etiã ei, quod diximus furiosũ haberi pro mortuo, & d.l.diuus vt ibi per eum uidere poteris. Aliter autem has diuersas opiniones conciliat Catel. Cota memor. incip. homicidium col.2.uersi.sed quid in furioso, an.s.poena sit a lege certo modo statuta, & sic locus opinioni Bal.an minime, & procedat opinio Rom.ex his, quæ scribit Barb.in trac. de præstan.Card in 1.q.1.par. Sed id nõ mihi placet, nullam enim uideo rationem diuersitatis utriusque casus.

CAVSA QVARTA.

SVMMAE.

1 *Amor furor est, cum fere amantes furibondos, furentes et furiosos reddat.*

2 *Amorem continere intra debitos limites, non muliebre, sed perfectæ philosophiæ est.*

3 *Delinquens præ nimio ardentioriq; amore, leuius puniendus, cum*

non ex animi sententia, sed furore concitatus id admittat.

4 *Paulina constuprata à mundo, equestris militiæ duce, idq; fraude sacerdotum Isiacorum.*

5 *Pisistrati Atheniensium tyrannum elegans responsum ad uxorem hortantem ut supplicium sumeret de eo, qui filiæ suæ osculum praebuerat.*

1 QVARTO, Cum † amor sit quaedam furoris species, teste ipso sapiétiae antistite Platone, qui in Phaedro scribit quatuor esse illius species, inter quas amorem reponit, qui est à Venere, idcirco poetae passim amorem furorem uocant, & amantes furibundos, furentes, furiosos. Catullus in nuptiis Pelei, & Thetidis,

Heu miserere exagitans in miti corde furores.

Virgilius lib. 4.

Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furorem.

Et alibi eodem libro,

Quid uota furentem,
Quid delubra iuuant?

Et paulò post,

Vritur infelix Dido, totaq; vagatur
Vrbe furens.

Ouidius in epistola Helenae ad Paridem.

Qua licet & possum, luctor celare furorem.

Et decimo Metamorphoseos, de Mirrha loquens.

Exiliit gremio furibunda.

Est quoque text. apud nos hunc affectum furorem uocās in c. cum in iuuentute. de praesump.

2 † Sicque nihil hoc furore uehemétius, quem retinere est perfectae philosophiae, ut est etiā tex. qui & hāc affectionem furorem uocat, in auth. quib. mod. nat. effi. legi. §. illud. cui omnino assentiēs Socra. lib. 3. Platonis de Repu. Voluptate, inquit, uenerea, nulla uehemētior nullave furiosior. Et apud ipsum Platonē in Sympodio, Agatho nullam ait uoluptatē esse amore potentiorem. Et latinae eloquentiae parens Cicero lib. 4. Tusculan. quaest. Maxime, ait, admonendus est quantus sit furor amoris, omnibus enim ex animi perturbationib. est profecto nullā uehemen-

mentior. Et Bal. omnium doctrinarum peritus, in l. preci bus co. 6. uer. quidē ergo si petiit nō idoneos. C. de impu. & aliis substitii. scribit philosophicū esse, non muliebre huiusmodi affectum intra debitos limites carcerare. quē refert, & sequitur Frā. Cur. senior consi. 67. super contro
3 uersia, col. 3 uer. transeo ad secundum † Propterea non te mere (ut reor) contenderim, eum leuius esse puniendum, ne dicam impunitum relinquendum, qui præ nimio ardē tioriq; amore quicquam deliquerit, ueluti non ex animi sententia, sed furore concitatus idipsum admiserit. In qua sententia, ne id nouiter dixisse uidetur, fuit egregius doctor Oldra. consistorialis aduocatus consi 210. regularis habet traditio. col. 2. uersi. tertia consideratio. ubi aliquem quodāmodo excusat, tanquā furiosum, qui ut qua dā muliere poriretur, quā de perdite adamabat, magicas imagines ad eam rē (ut ipse putabat) accommodatas con fecerat, dæmonesq; inuocarat. quod grauissimū est delictū, ut not. in c. 2. de sortil. citatq; testimoniū Aristotelis qui 7. Ethicorum lib. c. 2. scribit hos uenereorum appeti tus, nonnullos in furorem atque insaniam adigere.
4 † Secundum, quam sententiam Iosephus lib. Antiquitatum 18. c. 6 & Aegesippus li. 2. rerum Iudaicarum, c. 4. hi stor. referunt huic loco non parum conuenientem, Paulina Romana spectatissimi generis foemina, in templo Isi dis à iuuene quodam nomine Mundo, duce equestris mili tiæ, qui illā misere deperibat, miro cōmento constuprata est, fraude sacerdotū Isiacorū, qui ab Ida, Mundi liberta, corrupti pecunia, sub specie Anubidis, amatorem Paulinæ complexibus copulauerunt. Quo facinore comperto. Tiberius Imperator sacerdotes cū Ida, quæ omnium ma lorum caput extiterat, in cruces adegit, templum Isidis euertit, statuam ipsius Deæ in Tiberim iactari iussit, Mundum autem exilio tantum damnauit, dignum eum maiori poena non iudicans, quod amoris uehementia,
5 formæq superatus gratia, deliquisset † Et hic quoque nonnihil pertinet, quod à Valerio Maximo libro quinto rerum memorabilium, caput primo scriptum est de

Pisistrato Atheniensium tyranno. nam cū adolescens quispiam amore eius filiæ accensus, in publico obuiam sibi factam osculatus esset, hortante uxore ut ab eo capitale supplicium sumeret, respondit. Si eos qui uos amant, interficiamus, quid his faciemus, quibus odio sumus? subditq; Valerius minime dignam uocem esse, cui adiiciantur eam ex tyranni ore de humanitate manasse.

CAVSA QVINTA.

SVMMAE.

1 *Dormiens si quid facit, quod etiam habeat delicti speciem, non puniendus.*

2 *Dormiens & mortuo, & somnus morti æquiparatur.*

3 *Dormiens nullius est omnino precii, non magis quā si non uiueret.*

4 *Somnus, mortis frater Homero.*

5 *Somnus parua est mors, mors magnus somnus.*

6 *Somnus, Sópor, Quies, pro Dormire, Morte & Mori usurpata et numero 7.*

8 *Somnum et mortem, parum differre.*

9 *Dormientibus si quid contingat, an uitio aut culpæ ad scribēdum. Et quomodo ad accipiendum, nu. 10.*

11 *Dormientes multos surgere, arma capere, uagari, canere, multaq; alia conficere, non se us quàm si uigilarent, et nu. 24.*

1 QVINTO, quia † dormiens quoque & furiosus æquiparantur l. 1. §. adipiscuntur. ff. de acquir. poss. & ibi not. Et de furioso abundè diximus, restat ut dormiente quoq; differamus. Et sanè si dormiēs quicquam faciat, quod habeat speciem delicti, quia forte hominem occidit, non punitur, ut est tex. in cle. unica, de homic. Cuius rei rōnem esse dicunt ibi Laudu. & post eum Car. Flo. in 6. quæst. id quod diximus, uidelicet dormientem comparari furioso, atq; etiam amāti, ut est tex. in c. maiores. §. sed adhuc & §. item quæritur. de baptis. Ideoq; sicut quod à furioso factum est, perinde est censendum, atque si casu euenisset, ut diximus, ita & quod a dormiente est cōmissum. &

ita,

ita, videlicet quod dormiens excusetur ab homicidio, voluerunt Alber. Rom. Alex. Frāc. Are. & Ias. in d. c. adipiscimur. & Flor. l. sed & si quęcunq;. §. iniuriā. ff. ad leg.
2 aquil. † Adde & illud quoque, quod dormiens mortuo, & somnus morti verissime comparatur. recte enim Virgilius lib. 6 Aeneidos.

Dulcis & alta quies placidæq; simillima morti.

Et alibi,

Mors homini facilis, dulciq; simillima somno.

Quod epithetō ab Homero sūpsisse uidetur, qui & mortem, νήδυμον ὕπνον, id est dulcē somnum, uocat Iliados li. 16.

Γέμπειν μιν φάνατόν τεφέρειν καὶ νήδυμον ὕπνον..

Et Tullius in Catone, Iā vero videtis nihil morti esse tā simile, quam somnum. Et Silius Italicus lib. 15.

Nox similes morti dederat placidissima somnos.

Quin Ouidius somnum imaginem esse morti scribit lib. 2. Amorum, Elegia 9.

Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago,

Longa quiescendi tempora fata dabunt.

quos uersus e nostris afferūt, cōmēdātq; Car. Flo. Barb. in cle. 1. ī fi. prin. de sum. tri. & fid. cat. ubi ē & ad hoc bonus tex. similes utiq; faciēs somnū, & mortē. † Propterea
3 Pla. li 6. de legib. Nemo, ait, dū dormit. alicuius precii ē, nō magis, quam si nō uiueret. Vnde fluxisse uideri pōt illud Aristotelicū, lib. 5. De generatione animaliū, c. 1. sōnū talē rē sua natura videri, ut uiuendi, & non uiuendi īterliminium sit, & neque omnino sit qui dormit neque non sit. Viuitur. n. potissimū vigilia, propter sēsum. Et illud quoq; Plinianū ex Varrone, in praefatione naturalis historiae, Dū ista mussitamus pluribus horis uiuimus, profecto. n. uita vigilia ē. Propterea uerū est illud Aristonis ex Plutarcho, in Cōmētario De cōtētiōe ignis, & aquæ Breue admodū viuēdi tēpus homini esse tributū. nā somnis ueluti publicanus dimidiū aufert. Vnde & natū illud Aristotelis prouerbiū, lib. 1. Moraliū, Felices nil admodū cæteris distare dimidio uitæ. Quibus admodū cōueniunt uerba Pli. li. 7. c. 50. Incertū. ac fragile nimirū est hoc mu

nus naturæ, quicquid datur nobis. Malignũ verò, & breue, et in his quibus largissimè cõtingit, uniuersum utiq; æui tẽpus intuentibus. Quid, quod estimatiõe nocturnæ, quietis, dimidio quisque spatio uitæ suæ uiuit? Pars æqua morti similis exigitur, aut poenæ, nisi contingit quies. Libanius Antiochenus Celsinũ arguẽs, ꝙ somno immodicè ĩdulgeret, Muta, ĩquit, sñĩam. Cũ.n. breuis mortalibus sit uita, id demũ tẽpus uiuere uidemur, quo uigilamus, qs enim dormienti uisus? quis auditus? quis gustus? quis tactus? quis deniq; odoratus? mortis certe imago dormien-
4 tis est corpus. † Qua ratione moti Homerus & Hesiodus vatũ ante signaui, somnum mortis fratrem appellauerũt. Homeri locus est in 14. Illiados.

Δῆμνον δ᾽ ἐ εἰσαφίκανε πόλιν θείοιο θόαντος
Ενθ᾽ ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ τανάτοιο.

Hesiodi autem in Theogonia,

Ὕπνον κασίγνητον θανάτοιο.

Nam & ipse Homerus lib. Illiados 16. mortem, & somnũ gemellos uocat.

Πέμπε δέ μιν πομποῖσιν, ἅμα κραιπνοῖσι φέρεσθαι
Ὕπνῳ, καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν.

Quos secutus Virgilius lib. 6. Aeneidos.

Et consanguineis lethi sopor.

Et Seneca somniũ interpellans. Frater, inquit, dure lãgui dæ mortis. Et Valerius Flacchus lib. 8. Argonauticon.

Nunc age, maior ades fratriq; simillime letho.

In quam sententiã Leontinus Gorgias enio iã fessus, ac per imbecillis, cũ in somnũ paulati prolaberetur, at familiariũ quispiã accedẽs, ex eo ut se hẽret, sciscitaretur. Iã, inquit, me apud fratrem deponere adortus est sopor. Ἤδη μέν ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ. vt tradit Aelian. De uaria Hist. li. 2. c. 35. Diogenẽ quoq; cũ medicus somno pressum excitasset, rogassetq;, nunquid sentiret mali. nihil, inquit. nã frater fratrẽ occupat, significans s. somnũ eum esse mortis initiũ. testis Plutarchus ĩ oratione consolatoria ad Apollonium. Est & senarius apud Græcos, qui sõnum parua mortis mysteria appellat.

Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.

Ob idq; dicitur nox utriusque nutrix fuisse & somni, &
5 mortis, ut scribit Pausanias li. 5. †Hinc ĩterrogatus Phy
sicorũ consultissimus, quidnã somnus esset rñdit, Parua
mos. Deinde quid mors esset, rñdit. Magnus somnus. cui
subscribens diuus Hier. propheta insignis, c. 51. mortem
somnum sempiternũ appellat, & Horat. non dissimiliter
perpetuum soporẽ, cũ inquit de morte Quintilii loquẽs.

Ergo Quintilium perpetuo sopor urget.

Cui suffragatur illud Catuli ad Lesbiam. Epig. 5.

Soles occidere & redire possunt.
Nobis cum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

Virgilius autem lib. 10. Aeneidos æternam noctẽ dicit.

Olli dura quies oculis & ferreus urget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.

Quod epitheton accepit ab Hom. lib. 3. Iliados, de morte quoque loquente.

Τῶν δέ ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν.

6 †Hinc item fluxit, ut docti uiri plerunq; soporem & som
num & quietem, pro morte, dormire, mori, usurparint.
Plautus in Amphitrione. actu primo, scena 1.

Iampridem uidetur factum, heri quod hoĩes quatuor
In soporem collocastis nudos.

Et paulò post,

Quatuor uiros sopori se dedisse hic autumat.

Rursumq; post pauca,

Quid, si ego illum tractim tangam, ut dormiat?

Et propertius lib. 2. Eleg.

Quod si fortè tibi properarint fata quietem,

Et Virgilius quo loco citauimus, nu. præcedenti,

7 †Quo etiam genere locutionis utuntur sacræ literae, ut
patet lib. 2. Regũ cap. 7. Cumq; completi erunt dies tui,
& dormieris cum patribus tuis. & secundo Regum, cap.
11. Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis. & aliis plu
ribus locis librorum Regum. Et Iob. 14. Homo cum dor-
mierit, non resurget. Et Danielis 12. cap. Et multi de his,

qui dormiunt in terrae puluere,euigilabunt Et Io.2. Lazarus amicus noster dormit,sed uado ut e somno excitē eum.Dixerunt ergo discipuli eius.Dñe si dormit,saluus erit.Dixerat aūt Iesus de morte eius,& paulo post Lazarus mortuus est,& gaudeo propter uos,ut credatis, & cae.Et D.Paulus 1.ad Corinth.15.Deinde uisus est pluſ quā quingētis fratribus simul,ex quib.multi manēt usq;
8 adhuc,quidā aūt dormierūt.& alibi saepe.† Philosophi quoq;,qui rerū causas,& naturas solerti ingenio inuesti garunt,docent parū interesse inter somnū & mortē. Alterum enim,Alcmeonis testimonin apud Plutar.De placitis philosophorū,lib.5.c.24.fieri sanguinis receptu in uenarum confluuiū,Alterū,absoluto sanguinis iu uenas ipsas collectu.Empedocles aūt putat somnū sanguinarii caloris refrigerationē esse,quae quidē si modice tēperata,sit,sequi somnū,si immodica,mortē. Diogenes,Si penitus sāguis diffusus uenas corporis īplerit, intestinūq; earum aerē ad pectus,subditūq; illi uētrē populerit,tum deniq; somnū fieri,ex quo præcordia cōcalescere.Quod si omnis funditus aer ex uenis eruperit,morte existere. Plato, & Stoici somnū fieri autūmnant sēsilis quidē spūs remissione,& tanquā laxatione,quēadmodū,et super terram cōsidente flatu,eodē uero se recipiēte ad supercilio rum interstitiū,id est animae principatū.At uero cū omnifaria fit spūs sēsilis remissio tum demum sequi mortē.
9 † Cum ergo dormi tes parum a mortuis distēt, mortui autē.ut palā est,delinqnere.et(ut dicunt Theologi)mereri,aut demeteri nō possint,ut late disserunt in.4.sententiarum,di.ult.plane colligitur culpae nō adscribendū eē quod illis dormiētibus cōtingit.Quod & testatur Diuus Bernardus in lib.quem diuinitus De libero arbitrio conscripsit,dicēs.Vesanis,et īfantibus & dormiētibus nihil quod agant imputatur.& late cōcludunt Theologi recētiores,in.2.senten.dist.25.ea potissimū rōne moti, quod omne peccatum ex iudicio rōnis dependet, quo sublato tollitur omnis rō peccati.Iudiciū aūt in dormiente esse non pōt,cum dependeat ab operationibus potentiarum anima-

animaliũ, quæ tunc ueluti ligantur, & quiescunt, uel ex
sentẽtia Aristot. qui cõem somnũ corporis, & animæ opi
natur, ut ex eo refert Plutarch. in lib supra citato, ca. 25.
Propterea omniũ Theologorũ sententia est, pollutionem
nocturnã, quæ dormiẽti euenit, ex infirmitate, aut super
fluitate, aut ẽt ex somno, aut ex alia quacũq; re aduenti-
tia, uel innata, sine culpa præcedente ipsius dormientis,
non esse peccatũ, ut a quibusdã tractatur in d. dist. 25. &
latè a Diuo Thom. 2. 2. q. 154. ar. 5. & scribitur in decretis
10 canonicis. 6. dist. c. 1. † Sed suprà dicta intellige, nisi ĩ cul
pa fuerit dormiens, quoniã sciebat se eo uitio laborare,
ut dormiendo surgeret, arma caperet, uim inferret, verbe
raret, occideret, & cetera hmõi, nec diligentiam adhibuit
ut huic rei obuiã iretur arma remouendo, se ligari vin-
cirique, si opus esset, præcipiendo, & alia quibus futuro
periculo cõsulatur, faciẽdo teneretur. n. de culpa, per id
quod simile habetur ĩ. l. lege cornelia. ff. de sica. & l. si pu
tator ff. ad legẽ aquil. Et ita uoluerũt Gul. Cu. & Ray. in
l. diuus. ff. de of. præsi. & Pe. Iac. tit. de actio. ex paup. col.
3. uer. itẽ praedicta faciũt. & Bar. in. l. pe. ff. ad legẽ iul. de
parric. & Pe. anc. & Car. in d. cle. 1. de homi. & Flor. in. l.
si seruus seruũ. §. si fornicarius. ff. ad legẽ aquil. & Ange.
Are. in tract. malefic. ĩ uerbo, cõparent dicti inquisiti in
termino defensionis, col. 6. versic. quid si dicat, in paruis.
Alex. Frã. are. & Ias. in utraq; lec. in d. l. 1. §. adipiscimur.
ff. de acquĩ. pos. Maria. in repe. c. ad audientiã. in 12. q. quĩ
tæ qõnis pricipalis, ubi dicit, ꝙ talis nõ incurrit irregu-
laritatẽ. Barb. in l. 1. in prin. col. 8. ff. de verb. obli. Quam
sententiã cõfirmat, quod pollutio nocturna, alioquin ir
reprehẽsibilis, ut diximus, si tamẽ eã culpa praecesserit
quoniã ex ciborũ ingluuie, aut turpi cogitatiõe proces
serit, non ẽ sine peccato, ut asserũt Theologi, & scribitur
11 6. dist. c. 1. & vlt. † Quoniã aũt supra locuti sumus de iis,
qui dormiẽtes surgunt, &. c. ne superuacaneũ quibusdã
uideatur, nõ est silentio praetereundũ, esse plurimos, qui
re ipsa dormiẽtes e lecto surgũt, ambulãt, uel longiuscu
le, arma capiũt, multaq; aut ac si uigilarẽt, conficiũt, eu
iusmodi

iusmodi refert Laud.in d.cle.1.de homic.fuisse sibi apud Parrhisios sociũ Angelicum,qui noctu dormiẽs absq; tẽplo Diui Benedicti iuit ad flumẽ Sequanæ,ibiq; puerum interremit,& nõ expergefactus sese ĩ lectũ cõiecit. Bart. aũt i.l.ut uim,ad med.ff.de iust.& iur. tradit fuisse quẽdam Pisanũ,qui se noctu dormiẽs armabat, uagabaturq; per urbẽ cãtando.Marian.quoq; ubi supra,in d.c.ad audientiã in 10.q.5.principalis,testis est habuisse se uicinam puellã,quae dormiens e lecto surgebat,panemq; faciebat,cuius rei si quis cãm nosse desideret, legat Petrũ Aponensem,uirum rerũ naturalium perti ssimum,in Aristot.lib.Problematon 30.c.vlti.& Cæl.Rhodig.lib.antiquarũ lectionũ 30.c.9.posterioris editionis, & Albertũ Magnũ,lib.2.De somno,& uigilia, & ex antiquioribus Aristotelem,lib. 1.De generatione animalium,c.1.ut nõ omittam,quod scribit Antonius Musa, aut,ut alii malũt Apulenis in libello Debetonica, hanc herbam eam uim habere ut animos hominum, & corpora custodiat, & nocturnas ambulationes à maleficiis, periculis, & uisionibus metuendas tueatur, & defendat.

CAVSA SEXTA.

SVMMAE.

1 *Ebrius si crimen commiserit, benignius plectendus est.*

2 *Ebrietas uoluntaria insania est Senecæ.*

3 *Ebrius ex ebrietate potius, quàm ex industria et studio peccat.*

4 *Ebrietas in qualitate crimen eleuat Quintiliano.*

5 *Ebrius edicto Imperatoris liberatus est, si quid de se male,uel petulanter loqueretur.*

6 *Dionisius tirannus temulentum, de se multa acerbe contentioseq effutientem dimittit.*

7 *Pisistratus Atheniensium tirannus amico Trasippo conuitiis pugnanti lubens parcit.*

8 *Ebrius si contrahat, irritus est contractus. Ebrius enim comparatur furioso & infanti.*

9 *Ebrios duplici pœna esse afficiendos.*

10 *Dolo malo sese inebrians, si quid in ipsa ebrietate patrauerit facinus, et inde uel impunitatem, uel pænæ imminutionem postu l t. pœna dignus est.*

11 *Pœna imminuaturne propter ipsam ebrietatem. Et quomodo id accipiendum. nu. 12*

1 SEXTO, quoniam non lõge distat † ebrius ab insano, de mente furioso, ubi n. ebrietas, bii & furor est, c. ueter. 35. dist. censeturq; ueluti absens, qui ebrius est, ex sñia il lius mini, vel Publii, uel alterius.

Absentem lædit, qui cum ebrio litigat.

de eo quoq; hinc ordine dicendũ est. Ebrius ergo si delictum commiserit, clementius est plectendus. tex. est in l. omne delictũ §. per vinum. ff. de re mili. & c. sane. & c ine briauerunt. 15. q. 4. 1. & facit l. respiciendũ §. delinquunt. ff de poen quem tex. Bal. in ca. crapula de uit. & honest. cleri. facit sing. ad hoc, quod deliquentes per ebrietatem nõ dicuntur studiose delinquere, sed impetuose, & ideo minus puniri debent, trahitq; ad statuta punientia dolo

2 se deliquentes. † Facit præterea, quod not. Ab. Anti. Panor. & Io. Ana. in cap. 2. de maled. qui hoc dicunt procedere, etiam si per poenalem constõnẽ diceretur expresse, quod delinquens nullam consequeretur misericordiam. quod est multum nota. & glo. & doct. in d. l quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui no. infa. ubi Bal. in repe. col. pen. in primo, dicit authoritate Senecae, epistola ad Lucillium 83. nihil aliud esse ebrietatem, quam uoluntariã insaniam. & Barto. in l. aut facta, §. causa. in fi. ff. de poẽ. dum dicit, quod qui ex ebrietate alterum percurit, non dicitur pacem rumpere. & Bald. in l. 1 col. penul. uersic. extra quæritur. C. unde ui. & in l data opera. col. 2. vers. ebrietas C. qui non accus. non poss. de cuius illic dicto postea dicemus & Cardina. in cleme. 1. in 8 quaestione, de homicid. Panormi in cap. sicut col. 2. de testibus. Floria. in l. sed & si quemcunque §. iniuriam. col. 2. ff. ad leg. Aquil. in l 1. col. 7. ff. de verbo obligatio. Ioannes Ana. in cap. ulti. colum. 1. & 2. de his qui filios. occid.

3 † In quā ſniam Alex.Ales.in 2.parte ſuæ ſummæ,q.172, memb.2.3.& 4 copioſè diſſerit ebrios ex infirmitate potius,quā ex ſtudio,uel induſtria peccare.Suntq; plerique oēs in ea opinio.ut iudicēt ebrios non tā grauiter peccare,quā ſi citra ebrietatē deliquiſſent,ut uoluit diuus Thomas,Durandus,& alii lib.ſniar.2.diſt.22.idem Tho. in 1. 2.q.72.Richardus in 4.diſt 15.ar 3.q.6. & Ang.Claua.ī verbo, ebrietas, ver.3.& affatim Martinus cognomento Magiſter.Parrhiſienſis doctor in ſuo li.de tēperātia, quo loco de ebrietate diſſerit,in 3 eademq; ulti. q. ubi in eā rē
4 ponit ſex cōcluſiones. † Quintilianus ſummus Oratorū, libro Oratoriarū Inſtitu.7.ca.1.ſcribit ebrietatē in qualitate crimen eleuare,& lib.5.eo.c.quo de argumētis diſſerit, Accedunt,inquit,aliquando fortuna,ebrietas,ignorantia,quæ ad ueniā ualent. nec id ignorabat Apul. Madaurenſis,qui li.Metamor.3.ſeſe ab homicidio, cuius accuſabatur,ex eo purgare cōtēdit, quoniā potulētus ipſe
5 fecerat.† Quid?q Imperator edicto ſanxit, ne oīno puniretur,qui de ſe temulēt.malè loqueretur.l.1.C. ſi quis Impe.maledi.ubi Ang.not.ebrietatē illo caſu hoc operari,ne delictū ullo modo puniatur.Quam ſanctionē longo ante tempore obſeruarat Pyrrhus Epirotarū rex, qui ut teſtis eſt Plutarchus in uita illius. & in Græcorum apophthegmatis,cum audiſſet, à quibuſdā ſe adoleſcentibus inter bibēdum conuitiis,maledictiſq;,oneratū, iuſſit eos omnes interdiu coram agi. Quod ubi factum eſt, eorum primum rogauit,an ea de ſe dixiſſet, cui iuuenis reſpondit,Hoc nempe rex diximus,dixiſſemuſq; longe plura,ſi plus uini habuiſſemus,ſiue,ut ſcribit Quintil.lib.6.ca.4. quo de riſſu diſſerit,Imò uero,inquit,niſi lagena defeciſſet,occidiſſemus te.qua urbanitate tota eſt criminis inuidia diſſoluta,aut ut uerbis utar Valerii lib.5.rerū memorabilium.c.1.Quæ tam urbana crapulæ excuſatio, tamq; ſimplex ueritatis confeſſio, irā regis in riſum conuertit.
6 † Dionyſius quoq; ſenior,uir alioquin truculētus,cū accepiſſet duos adoleſcētes multa, de ſe ipſiuſq; tyrannide petulāter,malediceq; locutos interporandū, utrumq; ad

cœnam inuitatur, quorum cum alterum ebriose multa contumelioseq; delirantem, alterum raro, moderate, & caute bibent intueretur, illum quidē dimisit, utpote qui natura esset cōtumeliosus, & ob ebrietatē maledixisset, hunc aūt è medio sustulit. testis ipse Plutarch. in Apop.
7 imperatorū.† In qua re quoq; laudatur Pisistratus Athe niensium tyrānus, qui à Thrasippo amico inter coenā si ne fine cōuitio laceratus, ita & animum & uocem ab ira cohibuit, ut putares satellitē à tyranno malè audire, abeuntē quoq; ueritus ne propter metū maturius se conui uio subtraheret, inuitatiōe familiari cœpit retinere, Thrasippus cōcitatæ temulentiæ īpetu enectus, os eius sputo respersit, nec tñ in uindictā sui ualuit accēdere, ille verò filios suos uiolatæ patris maiestati subuenire cupiētes re traxit. Postero quoq; die Trasippo suppliciū à se uoluntaria morte uolenti exigere, uenit ad eū, dataq; fide in eodem gradu amicitiæ mansurū ab incoepto reuocauit. hæc Vale. quo loco nuper citauimus. Seneca aūt lib. 3. de Ira, illud addit Pisistratū pñtibus qui eū in vltionē irritabāt respōdisse non magis se illi succensere, quā si quis obligatis oculis in se icurrisset. Plato āt li. 1. de Legib. ebeiū cō parat puero, ἐ μόνον ἄρ, ὡς ἔοικε, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ᾽ ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς. Nō solum ut uidetur senex fuerit bis puer, sed ēt ebrius. De puero aūt dicemus
8 postea in cā seq.† Hanc partē fulsit, quod uoluerūt pleriq; è nostris, nō ualere contractū factū ab ebrio. hoc. n. uoluit gl. ī. c. unusquisq;, ī verb. quod ebrius. 22. q. 4. per tex. in. d. c. sanè 15. q. 1. quā sequitur Ro. in l. 1. ī prin. & ibi ēt Barba col. 7. ver. quid in ebrio. ff. de uer. obl. ubi etiā rōnes eius rei adducit, & Alex. post Bald. in. l. dolum. C. de dol. ma. ēt per tex. in. d. c. sanè. ubi dicitur, ꝙ ebrii nesciūt quid loquātur. ex quo fit, inquit, quòd æquiparantur furiosis, & infantibus, qui cōtrahere nequeūt, per l. 1. §. furiosus. ff. de act. & obl. Et uide quid de ea re consuluit Fulg. cōsi. 80. quidā ser. Vētura, col. vlt. Similiter non ualet testamētum ebrii, ut dicit Bal. in. d. l. à crapu. a, ī prin. de uita & honest. cle nec testimoniū, ut uoluit idem Bal.

in.c.1.& ibi recẽtiores, de testib. quid ãt de matrimonio. vide latè Phil.Dec.cũ.112.ĩcip.in penitẽti cõsultatione.
9 Nõ defuerũt tamẽ.† qui ebrios delinquẽtes duplici poena afficiẽdos esse ptarint, ea rõne ducti, quòd pricipium in ipsis est, cũ in ipsorum sit ptãte ebrietatem uitare, quæ quidẽ delicti causa est, author Aristot.lib.Ethicorum.3.c.5. Qui tamen hi fuerint, qui hoc constituerint, eo loco non aperit. sed idem lib.2. Politic.ca.10. eodemq; vltimo memoriæ prodidit, Pittacum illũ Mitilenensem ex septẽ Craeciae sapientibus legẽ tulisse, ebrios, si quẽ pulsaue rint, maiori poena dãnari, quam si sobrii fecissent, quòd ĩ sua ptãte fuisset ebrios nõ esse. Cuius ẽt rei in uita ipsius Pittaci meminit Laertius, hoc propemodũ sensu, Ebrios cum peccarent, duplici incõmodo afficiendos per legem statuit. ut cauerent temulentiã, abũdat quippe insula ui
10 no.† De qua re ẽt meminit Bal.in repe.d.l.1.col. pe.ver. extrà quæritur.c.vnde ui.ubbi ad ipsam Pittaci rõnẽ ele ganter respondit, fatetur.n. eum qui per ebrietatem deli quit, eẽ in duplici culpa, uidelicet ebrietatis, & criminis, sed uerũ dolum esse multò deteriorem. quàm multas cul pas. Ex quo dicto unũ ualde not. colligo, q̃ si quispiã de industria, & dolo malo sese inebriauerit, ut in ipsa ebrie tate aliquod facinus perpetrauerit, ex eoq; uel impunita tem, vel poenæ diminutionẽ postularet, nõ esse illi quo modo parcẽdum, cum non in culpa solum sit, sed in dolo. Ad quod ẽt facit quod in simili dicemus infrà, in 13.cã, nu.ult. de eo, qui ignor. affect. vt ea se à crimine excusa-
11 ret.† Secũdò, quod dictũ est ebrietatẽ poenam minuere, intelligit ipse Bal. (ut multi allegãt) in. d.l. data co.2.ue. nũc de tertio C.qui accu.pos. quãdo ebrietas magna est, si ãt si leuis, nec delictũ, nec poenã attenuat. Quod dictũ sequitur Firmia. in ubere copiosoq; tractatu de epo, in 2. par.lib.4.uer.126.& Ang.in tract.malefic.in uerbo.scien ter & dolose.colu.6.vers. sed quid si quis propter ebrietatem. & certe Bal. ubi suprà, hoc primùm dicit, posteà tamen ità loquitur, ut uideatur etiã uelle leuem ebrietatẽ quadamtenus excusare, non tantùm tamen quantùm ma

gnam,

gnam ueluti sit minor dolus in cōmisso per leuem ebrietatem quam circa ebrietatem, & ego quidē hoc uerum
2 existimo, per iura supra alleg.† quāquam ipse Bal. ī.d.l. 1.C. unde ui. quo loco nuper citauimus, dicit sine aliquo discrimine, quod propter ebrietatē non est lenienda poena, nisi sit tanta ebrietas, quod quasi induxerit mētis exilium. Bar. autem in.l. respiciēdum.§. delinquunt. uersi. sed quaero an maleficium.ff.de poen. dicit simpliciter delictum in ebrietate factum esse puniendnm, per. d.l. omne delictum.§.qui se.ff.de re mil. secundum quem text. intelligi debet eius delictum. An autē qui ebrius hominem interremit, incidat in irregularitatem, quam uocāt uide Card.Flo.& Imo.in cle.1.de homi.Panor.in.c.quia diuersitatem.de concess.praebē.& late Maria.Soci. in re per.c.ad audientiam.ī.n.13.q.5.q.prin.de homic.

CAVSA SEPTIMA.

SVMMAE.

1 *Delictum mitius punitur ob tenellam, et florescentem aetatem. Et ad hoc tenetur iudex etiam si non fuerit petitum, et num.* 2.
3 *Caesar Ptolemeo pepercit ob teneros annos.*
4 *Aetas iuuenilis ad delinquēdū maxime procliuis est suapte natura*
5 *Adolescentes, quos et quibus ex caussis sint mitius puniendi.*
9 *Adolescentem si quid deliquerit non omnino impunitum esse relinquendum.*
7 *Adolescentes sedulo et diligenter castigandi.*
8 *Delinquens si propter aetatem teneram, aut mitius, aut nullo modo punitus est, factus maior, an possit amplius de ipso delicto puniri.*
9 *Puer apud Athenienses sacrilegij poena damnatus est, quod laminam auream, quae ex Dianae corona deciderat, sustulisset.*

1 SEPTIMO,† ob aetatem tenellam, & florescentem mitius quis punitur.l, auxilium.§ in delictis.& ibi doctores.ff.de minor.&.l.si ex causa.§ nunc in minoribus uidendum.& ibi glo. & Bart.eod titu.l. si adulterium.§.1. uer.fratres.& uersi.incestu.ff. ad legē iul.de adul.&.l.1.

 §.im.

§. impubes. ff. de sc. Sillan. &. l. fere in omnibus, & ibi optima gl. ff. de reg. iur. &. l. si frēs tui. C. ex quib. cau. infa. irrog. &. c. 1. &. 2. & utrobiq; Panor. & Ioā ãna. de delict. puer. &. c. 2. & ibi glo. Panor. & alii, de apost. d. c. 1. & ibi Panor. & Fely. & iterū. c. ult. de sen. excō. &. c. poenitētes. & ibi gl. 50. di. &. c. hoc fit. 26. q. 7. &. c. ĩterfectores. &. c. in adolescentia. 33. q. 2. &. c. si quo. & 35. quæst. 6. & cap. eos, ĩ fi. de cōse. di. 4. & gl. & doct. in. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui no. infa. & in. l. & si seuerior. C. eo. ubi inter cæteros Bartho. de Alexā. late differit hoc procedere, etiam si non fuerit petitū, & ibi ēt Alex. (quē uide) dicit in hoc casu teneri iudicē minuere poenā, cū ista
2 sit causa intrinseca legis minuētis delictū. † Et idē quoq; præfert supra dictos tenuit Archi. in. c. q bona. col. 8. uer itē hæc uera sunt. & late Albert. Gaud. ĩ trac. malefic. . ti. de poen. col. 15. in paruis, uer. cum aliquis minor. & Bal. in. l si arrogati. de tutel. & in. l. administrātes. §. qui corporis. ff. de excu. tur. & in. l. sed & si quēcunq;. §. iniuriā. ff. ad legē aquil. & Bart. & Bal. in. l. 1. C. si aduers. delict. Bal. in. l. quicunq;, col 4. uer. quarto casu: C. de ser. fugi. & cōsi. 59. licet elegāter. circa med. lib. 1. & Pe. Anc. cōs. 283. iure scripto, & cōsuetudine. in fi. & Raph. Cu. cōsil. 95. Christophorus, antefi. & Raph. Fulg. cōsi. 124. p̄supposito statuto. col. ult. & cōsi 157. supposito statuto, col. 2. & Ang. Aret. in tract malefic. in uerbo, sciēter & dolose, col. 2. uer. quid in infante. cū multis seq. ubi ēt distiguit & Lud. Bolo. consi. 37. cor mundū, &c. licet alias in p̃ti, col. 6. uer. præterea, si supra dicta cessarent. & Hipp. Mar
3 sil. in. l. 1. col. 11. uer. 17. ff. ad legē corn. de sica. † Quibus allidit illud Psalmographi poeta, Ode 24. Delictā iuuentutis meæ, & ignorātias meas ne memineris. Illud quoq; patiētissimi Iob. c. 13. Et cōsumere me uis peccatis adolescentiæ meæ. Et quod Cæsar apud Lucanū, lib. 9. Pharsaliæ, de Ptolemeo, teneræ puerilisq; ætatis loquens. qui Pompeium iusserat interimi, ait in hæc uerba.

Sed parcimus annis,
Dominusq; nefas.

In

In quā etiam sententiā Demetrius Philippi Macedonū regis, filius apud Liuiū quartæ decad. lib. 10. Te, inquit, maiorem fratrē pro minore deprecari oportebat, te adolescentiæ, te errori ueniam impetrare. t Plutarchus, uir in omni genere doctrinæ consummatissimus, cum Agidæ regis Spartbmi mortē detestaretur, hæc fere scribit, Spartæ quidē primum Agidā, ex his qui regnarūt, ab Ephoris interfectū fuisse cōstat, opus sane pulcherrimum, & Sparta dignū, i ciuitate moliri ausum, cum in ea esset adhuc ætate constitutus, in qua homines, si quid errauerint, facile ueniā consequi solent. Apud Tranquillū ī Augusto. c. 5. C. Lectorius adolescēs patricii generis, in deprecāda grauiore adulterii poena, inter cætera ætatem. Senatui allegauit. Seneca li. 3. de Ira, inter ea, quæ irā lenire debēt, & nos a uindicta retrahere, pueritiā ponit, & sexū foeminei neū. Puerū, inquit, ætas excuset, foeminā sexus. † His suffragatur, quod ætas iuuenilis ex iis est, quæ maxime, ad delinquēdum irritant, ut dicit Lactātius lib. De ira Dei, c. 12. Et ideo, ut ille dici paulo post, quod multi in prima ætate turpes, & omni iudicio damnati, postmodum tamē laudabiles exiterunt. quod utiq; nō fieret, ut ille subdit, si omne peccatū poena sequeretur. Quam sententiam aliter expressit Tullius in oratione pro Celio, quē propter ætatem quoque uitebatur defendere, his uerbis. Equidē multos & uidi ī hac ciuitate, & audiui, qui totā adolescētiā, uoluptatibus dedisset, emersisse aliquādo, & se ad frugē, bonā, ut dicitur, recepisse, grauesq; homines, atq; illustres fuisse. Datur. n. cōsēsu omniū huic aliquis ludus ætati, & ipsa natura profundit adolescētiæ cupiditates, quæ si ita erūpūt, ut nullius uita labefactēt, nullius domū euertāt, faciles & tolerabiles haberi solent. Et rursum. Multa nobis blādimēta natura ipsa genuit, quæ quibus sopita uirtus cōiuret, & īterdū multas uias adolescētiæ lubricas ostēdit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo aut prolaspiōe uix posset, & multarū rerū iucūdissimarū uarietatē dedit, qua nō mō hæc ætas, sed ēt iā corroborata caperetur. Et paulo post, Detur aliquid ætati, sit adole

ſcentia libério, nō omnia uoluptatibus denegentur; non ſēper ſuperet uera illa, & directa ratio, uīcat aliquādo cupiditas, uoluptasq; rōnem. Et paucis īteriectis. Poſtremo cum paruerit uoluptatibus, dederit aliquid tēporis ad ludū ætatis, atq; inanes haſce adoleſcētiæ cupiditates. reuocet ſe aliquādo ad curā rei domeſticæ, rei forēſis, rei publicæ, ut ea quæ ratione antea non perſpexerat, & ſatietate abieciſſe, experiēdo contempſiſſe uideatur. Ac multi & noſtra, & patrum, maiorūq; memoria Iudices ſūmi hoīes, & clariſſimi ciues fuerūt, quorū cum adoleſcētiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ uirtutes firmata iā ætate extiterunt. Ex quibus neminem mihi neceſſe eſt noīare uoſmet uobiſcum recordamini. Nolo.n. cuiuſquā fortis, atq; illuſtris uiri ne minimū quid erratum cū maxima laude coniūgere Quod ſi facere uellem, multi a me ſummi, atque ornatiſſimi uiri prædicarentur, quorū partim nimia libertas in adoloſcētia, partī profuſa luxuries, magnitudo æris alieni, sūptus, libidines nominarentur, quæ multis poſtea uirtutibus obtecta, adoleſcentiæ, qui uellet, excuſatione defenderet. &c. quibus accedēs diuus Auguſtinus Nōnullos, īquit, legimus & uidimus, qui aut adoleſcētiæ uanitate, ſeu ignorātiæ caecitate decepti, uario peccatorū genere tenebantur obnoxii, deinde ocyus ab errore conuerſi, maiora adhuc opera feciſſe iuſtitiae, quam antea peccata admiſerant. Hác autē Ciceronis, Lactātii, & Auguſtini ſententiā, multis atq; uariis exēplis uirorum illuſtrium cōprobat Valerius, lib. rerū memorabiliū 6. c. 9. quae illic in prōptu sūt omnibus. Et huc quoque ſpectat, quod ex Platone afferemus in ſeq. cā, nu. 2.

5 † Ex quibus facile colligimus, tres eſſe potiſſimū rōnes, quibus adoleſcētes mitius ex delicto ſunt puniēdi. Primū quoniā adoleſcētia ſit ueluti ſuapte natura propriū, & peculiare uitiorū irritamētū. ideo ſi quid peccauerit adoleſcēs, magis eſt aſcribēdū aetatis uitio, quā pertinaci malitiae, & improbitati. Deīde quia nōdū ſit huic aetati pænū ratiōis iudiciū, atq; cōſiliū, ut teſtatur Ariſtoteles lib Politicon 1 c. ult. & Cic. lib. 1. Offic. ſcribēs adoleſcētie

ineſſe

inesse maximã imbecillitatem consilii. & Iurecõsultus in l.1.ff.de minor, ubi asserit fragile esse & infirmum huiusmodi ætatis cõsiliũ, ex hocq; fieri, ut minoribus 25. annis auxilium sit prætor illo edicto pollicitus. Hinc quoque manare, ut adolescentes tutorum, & curatorum auxilio egeant, nec rei suae administratio eis committi debeat. Nouissime, quoniam spes est eos emendatiores futuros, uitiaq; unà cum adolescentia deposituros. Cùm ergo poena ob id inter cætera delinquentibus, imponatur, ut emẽdatiores fiãt, ut alibi latius dicemus, restat, ut cessante ea causa, quia uidelicet citra poenã futurum sit, ut emendentur, debeat cessare poena, aut certè minui. † Neq;.n. omnino impunitum relinquendum est, quod adolescens cõmiserit, modò sit in ea aetate, in qua crimen, quòd intenditur, cadere potest. l.ĩpunitas. C. de poe. & facit l. si quis te reũ. C. de sicar. & c. si quis cuiuslibet. in fi. & ibi gl. 21. q. 5. Nã in criminibus aetatis suffragio minores nõ iuuantur. Etenim malorum mores, infirmitas animi non excusat. l. 1. & 2. C. si aduer. delic. Impubes autẽ, uel puer non doli capa§ omnino non punitur. l. illud relatum in prin. ff. de iureiu. quae repetitur ĩ c. illud. 15. q. 1. & ibi gl. & è Theologis, Anto. Flor. in 2. parte 3. partis prĩcipalis suae Summae, tit. 30. ca. 1. Quãquam lex alicubi poenam capitalem imponat impuberibus. text. est mirandus in l. excipiuntur. ff. de SC. Syllan. & l. si arrogati. ff. de tutel.

† Sed contra hanc sententiam, quae dicit mitius agẽdum cum iunioribus, est alia Ciceronis sententia (si tamen is fuit) in lib. 4. Rhetoricorum ad Herennium, in haec uerba, Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere, falluntur, proptereà quòd aetas illa non est impedimento bonis studiis. At sapienter faciunt, qui adolescentes maximè castigant, ut quibus uirtutibus omnem uitam tueri possint, eas in aetate maturissima uelint comparare. Sed id proculdubiò intelligendum est, secundùm ea, quae diximus in praecedenti causa.

† Antequàm uerò hinc digrediamur, illud superpondii loco adiiciemus, quod apud vnicum doctorem scriptum

reperimus, Quòd si delinquens quispiam propter ætatem tenerã, aut mitius, aut nullo modo punitus est, fortè ex forma statuti, nõ poterit effectus maior, amplius de ipso delicto, puniri. Ita voluit Hippol. Marsi. in l. infans co 2. ff. de sicar. & in l. de minore in prin. col vlt. ver. & an minor. ff. de quæst. utrobique per glo. in l. sciant. C. de legi. hæred. quam dicit doctor ibi fuisse secutos, quanquam nihil apud eos comperi. nec id quoque ea glo. uoluit, quod
9 tamen uerissimum existimo. † Et illud quoque quod ab Aeliano lib. omnigenæ historiæ, 5. c. 16 scriptum est, puerum quempiam apud Athenienses, cùm aureã laminam, quæ ex Dianæ corona deciderat, sustulisset, in iudicium adductum fuisse. Iudices autem cum crepundia, talos, & & laminam auream proposuissent puero, is, iterum ad aurum inclinauit. Ideoq; plexus est tanquam sacrilegus, neque ætati ueniam dederunt, sed flagitium, & scelus uindicarunt.

CAVSA OCTAVA.

SVMMAE.

1 *Poena minuitur ob ingrauescentem ætatem.*
2 *Plato quas poenas infligendas censeat insanis, morbosis, senibus, et iuuenibus.*
3 *Senectus est uelut altera adolescentia atque pueritia.*
4 *Senes repuerascere dicuntur.*
5 *Meropas duo flumina circumfluunt.*
6 *Senes sensum puerilem habent. et unde dicantur senes.*
7 *Senes si quid peccent, clementius sunt plectendi.*

1 OCTAVO, propter aetatem ingrauescentem poena quoque mitigotur. l. si quis in graui. §. ignoscitur. ff. de SC. Syllan. & l. 2. ff. de termi. mot. & l. ferrè in omnibus. & ibi gl. ff. de regul. iur. & ca. tanta nequitia. 86. distinct. ubi pulcherrimus tex. & cap. tanta 1. q. 7 & cap. tempora. 26. q. 7. & glo. & doctor. in l. quid ergo. §. poena grauior.

& in

& in l.& si seuerior.& gl.in c.poenitétes,50.di. & Albe. Gaud.in tract.malefi.tit.de poe.co.15.vers. ité in sene.& Bal.in c.1.de maior.& obe. & Roma.in repe.l. si uero §. de uiro.in 53.fal.ff.sol.ma.& Io Pla.í l.vlt.C. qui ætat. se excus.li.10.& doct.alibi sæpe.propterea dicit gl.í cle. 1.§.pe.in verbo,necessitate.& ibi no.Pan.de priuil.quòd senectus est cã probabilis dispēsandi cũ aliquo super poe
3 na delicti.† Id quod Plato legum consultissimus suis le gibus sanxit.Si quis,inquit simile eorũ.quæ aut sacrilegi,proditores, legũ corruptores cõmittunt. ob insaniam, vel morbo,uel senio pressus, uel in ætate puerili constitutus.ita,ut ab istis nihilo differat, admiserit, iudicibus declaratus, & ipso, aut defensore referente,quòd sic affe ctus id cõmiserit,dãnũ quod intulit,simplex oino restitu at,cætera sibi remittũtur.Et alibi li.q Peccata,a t.& pue rorũ,& seniorũ ex imbecillitate profecta,quidã esse puta bit,& illis tanquã peccãtibus legũlator leges præscribet sed mitissimas oium,plurimaq; venia, & indulgentia dignas.Nec lõge hinc dissidet alia lex diui Benedicti in regula Monachorũ,c.37.dicentis,ipsam natura quodãmodo trahi ad misericordiã senum,& infantum, ideoq; statuit, ut nullatenus illis districtio regulæ teneatur, quæ quidem, & ad caput quoque præcedens clare pertinet. Et huc quoq; nõ nihil spectat illud Virgil.lib.12.Aenei.

Damni misere senectæ.

4 † His aũt cócinũt,quæ in illo ipso præcedéti capite dixi mus,esse cũ adolescentib.agẽdũ mitius.Nam senectus est veluti altera adolescẽtia atq; pueritia.senes.n.oíbus mo dis ín pueritiã reuolui,rursumq;, ad initiũ reuerti uiden tur,ut scitissimè scribunt Plato in lib.de Regno,& Arist. lib.orbiculariũ qõnũ, 17. c.3. quod & quotidiana prope experiẽtia uidere licet.Primum.n.tedit albor,simul & ra ritas capillitii,quorũ utrũq; pueris familiare,deinde bal buties,ueluti altera infantia,prætereà gingiua exarmata dentibus aut certe per paucis, & eis vacillantibus instru cta,quod & ipsum infantibus cõe.Quinetiam senibus oẽ corpus ad puerilem modũ decrescit, cõsimilis virium im

becili-

fructus producūt, ut qui ex his degustarit, indesinētes lachrymas fundat, sicq; demum moriatur, at illarum pomo uescētes, desideria omnino alia desinūt, cōtractas quoq; ætates prorsus repetentes. Siquidē senectam exuere primum, ac uigorem induere, perq; quòsdam uelut gradus effectos iuuenes transire mox ad pueriles annos, ac demum infantaliter commori.
5 † Ex nostris uero Accursius in l. senectus. C. de dona. scribit senes habere sēsum puerilem. Archidia. quoque in d. c. tanta. 86. distinct. tradit senes ita dictos esse, quod se nesciunt, delirant enim per nimiam ætatem. Quidam tamen, ut ille subdit, ita dictos putant, a sensus diminutione quoniam præ uetustate desipiant. Physici enim dicunt puerorum, & senium ætates conuenire, in istis siquidem nondum, si est sanguis, est calidus, in illis iam frigidus est. hæc ille. Bald. item hanc minuendæ poenæ in senibus rationem perspiciens in repe. dicto. §. poena grauior. columna quinta, uersicul. quæro iuxta prædicta, dicit post Odoff. quod nimis senes interdum reuertuntur ad sensum puerilem. hoc tamen non placet Angel. qui in authen. de mona. post princip. dicit illum text. loquentem de quodam annorum centum uiginti pollente uirtutibus, facere contra unlgares, qui dicunt senem reuerti ad sensum puerilem, sed certe rarenter accidit, quod ille te t.
12 profectò, & duobus seq. † Apud Oratores ī partibus purgationis nō modica uim obtinet imprudentia. Propterea Aristo. in lib præceptorum Rhetorices, de causis ciuilibus, in exordii generis iudicialis, ita scribit, Si uerò quorum nos accusator criminatur, ea fecisse fateamur, ex iusti, ac legitimi partibus defendere pergamus, magis legitimas res nostras, iustioresque demonstrare elaborabimus. Quòd si minus cōmode fieri potuerit, ad imprudentiā, casumq; defugiemus, & ignoscendum nobis esse argumentabimur, demonstrantes quòd omnium quidem hominū per imprudētiā delinquere cōe sit, sed afficere iniuria, improborū esse propriū, dicas ēt, & æquū, & bonū esse, & iustū, ac conducibile his ignoscere, qui per imprudentia deliquerunt, nemine. n. hoīum scire, si quid aliquā do sibi hmōi euēturū sit. Et M. Tullius oratorū princeps, li. 2. Rhetoricæ ueteris, posteaquā duas partes concessionis esse dixit, uidelicet purgationē, & deprecationem, ita subiungit, Purgatio est, per quā eius qui accusatur, nō factū ipsum, sed uolūtas defenditur, & habet partes tres, imprudentiā, casū, necessitatē moxq; exēpla earū ꝓponit, quæ cuique uidere licet. Idemque fermè ait ipse Tullius (si is fuit qui libros Rhetoricorū ad Heren. conscripsit) lib. 2. idem quoque lib. 2. de Oratore, inducit Antonium in hæc verba disserentē. Iure aūt oīa defendamus, quae sunt eius generis ut aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut imprudentia, aut casū facta esse uideātur.

13 †Adde quod notabiliter uoluit gl. in c. presbyterũ. de homi. quòd in foro conscientiæ nõ punitur quis de homicidio nõ dolo commisso, et si culpa præcesserit, quam gl. ad hæc no. & sequitur Ioã. Ana. ibi, & Pan. & Fely. qui, & ad hoc allegat dictũ Inno. ĩ c. sicut dignũ eo. ul. eo. tit. quòd si damnũ datũ est alicui ex culpa alterius, ut quia nõ bene ign cooperuerit, qui ob id domũ vicini cremauit, nõ tenetur in foro conscientiæ ad resarciendum dãnũ, licet pro culpa sit ei iniũgenda poenitẽtia. sequuntur itẽ illud dictũ Inno. ipse Pan. in c. 1. col. 2. & ibi Fely. col. 11. vers. tertius casus, & Phili. Dec. in lec. 2. col. 5. versi. 5. adde. de consti. idem Pan. in c. dilecti. co. 5. ver. sed tu distingue. de arbi. & in c. quoniam, col. 9. uer. in gl. in verbo, negligentiam, de probat. & in c. cũ causam, col. 5. versi. circa quod notabiliter, de testib. & in c. si egressus. in 1 no. de iniur. & rursum in c. vlt. in 1. no. vbi multum dubitat. & in c. 1. de custod. reo. Ex quibus nonnulli distinguũt inter latã, & leuẽ culpam. & an adfuerit animus nocendi, necne, ut apud eos uidere poteris. Rom. qui id dicit unicum in mũdo, sing. 105. pridie fui interrogatus. Barb. in repe. c. Raynaldus. col. 114. uersic. inquantum dominus ab. de testa. ubi uidetur tenere contrarium, Anto. Corset in suis sing.
14 in verbo, forum conscientiæ. †Ex his aũt procedit, quòd cũ delicta, quæ imprudẽter sunt commissa, ex magna parte impunita relinqui soleant, ut dictum est, ideo cũ quis alterum de crimine accusat, quod ignorãtia potest excusari, debet nominatim exprimere reum scienter id commisisse, ut no. Bar. ĩ l. omnis ad fin. C. de agri. & censi. li. 11. & Angel. in §. pen. in fin. in authen. de ecclesi. tit. & in l. 2. col. 2. C. de Nili agger. nõ rump. ubi dicit quẽdã fuisse liberatũ, quia nõ fuerit articulatum (ut ipse loquitur) ꝙ sciens opem bannito tulerat, & ita latè consuluit, multasq; concord. adducit Barb. consi. 51. illud in mediũ referã, in prin. lib. 3. & cõsi. 5. illud ĩ medium adducã, in prin. lib. 4. & consi 62. Paulus apostolus, col. 7. versi. cum ergo in proposito. eo. li. 4. & Fely. in c. à nobis, col 1. de excep. & Phil. Dec. cõsi. 62. in causa qua agitur inter monasteriũ.

 15 In

15 †In qua re tamẽ ne quid deesse uideatur, ita existimo distinguendũ post ipsũm Dec. in.c.à nobis, in.1.no.de except. Aut lex, uel statutũ, in quo poena pro delicto imponitur, exprimit eã poenam esse ipositã ei delicto. quod sciẽter factũ est, & tunc proculdubiò debet expresse articulari in libello tale delictũ fuisse scienter factũ, illa.n.qualitas requisita in lege uel statuto, debet allegari, & probari.l.1.§.ait prætor. & ibi no Bar.ff.ne quid in lo.pub. &.l.pe.§.docere.ff.ne quis eũ qui i ius uoc.ui exi.& not. Io.and.in.c.1.de homic.lib 6.in nouella, Bal.in l.si quis non dicã rapere.C.de epis.& cle. & in l. si qui ad ciuilia. C.de app. Alex.cõsi.ult uiso processu, lib.2. & cõsi 41.uisis, & optimè discussis oibus, col.2 ver. & prædicta maxime procedũt, lib.4. & ipse Phil. Deci in.c.licet cãm, col. 14.ver.6.idẽ dicendũ, de proba. & cõsi 13. an appellatiõe cognatorũ, col 4 ver. difficultas est. & uis tota. & consil. 18.uiso puncto, col.3.in prin. Et faciunt no.per Bart.in.l. non solũ.§.sed ut probari.ff.de ope.non. nũt. Et hæc qui
16 dem de primo illo mẽbro. †Aut uerò lex, uel statutũ puniens, nõ loquitur expresse de crimine scienter facto, & tunc, aut sumus in casibus, in quibus dolus, & scĩa præsumitur, puta in his, quæ de sui natura mala sunt, & de gñe prohibitorũ, quæ quanuis aliquo casu possint excusari, tamen cõtra ea præsumitur.l.1.C.de sic &.l.si non cõuitii.C.de iniur.&.c.1. & ibi Bal. & alii de præsumpt. &.c. 2.& ibi Panor.de reg.iur. uoluit Alb.de Gan.in tract.de homi.col.ult.uer.illud aũt.& Bal.in.l.dolũ.C.de dolo & cõtu.& cõsil.79.dauanti da uoi col.1.in fin.lib.2.& Petr. anch.in c cũ dilecti, per illũ tex.de accu.quẽ ibi sequitur Io.de ana.col.2.uer.est hic mirabilis, & Alex cõs.36.uisis his quæ egregiè, in prin.lib.1.quod cõ.iterũ repecitur in lib.3.cõsi.79.& idẽ Alex.consi.3.ponderatis uerbis inquisitionis, col.1.lib.1.& cõsil 24. in aduersis his, quæ tã per testes, post prin.lib.2.& Corn.cõsi. 173.uisis processu & statuto.col.5.uer.nec obstat quod dicit. li.1.Et hoc quidẽ casu nõ uidetur opus esse sciam, aut dolũ allegari, secundũ Ang.in.l.si uacãtia.C.de bon.uac.lib.10.& Fel.

c. cogno-

17 c.cognoscẽtes,col.2.in fi.de cõsti.† Cuius rei est rõ,quia satis ẽ allegare qualitatẽ,ex qua infertur illud quod ius præsumit sine illius alleg.nã libellus quantũ ad hoc præ sũptione cõcludit.l. oĩs.§. lucius.& ibi glos.& alii.ff.de his quæ in frau.cre.& Bar.& alii in.l.cum quid.ff.si cert. pet.& Bal.cõsi.295.Pet.Lõb.in fi.lib 3.& Frã.de Spoleto inter cõsi.ipsius Bal.cõsi.368.uisa petitione porrecta, lib.2.& Ang.cõsi 250.primo uidendũ ẽ,factũ uero illius incip.dñа Libertina,post prin.& Ant.in.c.si cautio,de fide instru.& Roma.consil.105.uiso themate,post princ.

17 † Aut deniq; sumus in casibus,in quibus sciẽtia,uel dolus non præsumitur,puta in his, quæ se possunt hẽre ad bonũ,& malum,quæ indifferẽtia uulgo philosophi nuncupãt,quae semper in dubio ĩ meliorẽ partẽ praesumuntur,& debent interpretari.l.merito.ff.pro soc. & c.2.de reg.iur.ubi facta,quæ dubiũ,est,quo aĩo fiant,in meliorẽ partẽ interpretãda sunt,quod.n scriptũ est,Ex fructibus eorũ cognoscetis eos,de manifestis dictũ est,&.c.absit,& ibi gl.11.q.3.& Bar.in.l.non solũ.§ sed ut probari.& ibi late Alex.ff.de no.ope.nunc. Bal.in.l.1.col.4.uer. & no. C.de ser fug.& ibi late Ias.col.5.uer tertio multũ no.& Panor.cõsi.68. uidetur primo, col.2.lib.1.& consil.113. tria sunt,in primo dubio,lib.2.Rom.cõsi.353.quo ad primum,in fi.Alex cõsi.28.quoniã abũde,lib.4.Frã.Are. cõsil.70. sicut decet. col 3.Brba.in. l.2 § ex his,col.ult.ff. de uerb.ob.& copiose Phil.Dec cõsi.189 laetatus sũ plurimũ,col.2 Et hoc certe casu debet sciã siue dolus allegari.Et ita loquitur Bar.in.d.l.oĩs,& Angel.locis supra, in princip.adductis,si tamen esset aliquid,quod esset cõiter notum ideoq; praesumeretur sciã.c.ult.qui ma.acc.pos. cum si.tũc nõ opus allegari sciãm,ut dicit Bar in.d.l.oĩs.

19 † In hac re tamẽ aliter(ne illud prætermittã)distinguit Bal.in l.1.char.4.uer.super secũdo puncto.C.qui accus. nõ pos.uidelicet ꝙ quãdo aliquis accusatur pro.facto negatiuo,puta quod non denuntiauit maleficiũ,debet fieri mentio sciẽtiae,sed cum accusatur,quod aliquid fecerit, non debet necessario allegari sciã,allegat gl.not.l. male

ficiis.§.longe minus.ff.de.act.& obl. Et hanc Bal.dist. sequitur Io.Ana.in rub.de accu circa fi.& Rom.d: consil.105.post prin.ubi ad hoc facit sing.glo.in.d.§.longe minus,& Ang.Are.in tract.malefi.in uerbo,necnõ ad quæ rclam col.pen.uer.aduertas tn.ubi dicit eam glos.aureã. Sed Augu.in sua ad Ang.addi.hanc distinctionem reprobat,per multa quæ ibi alleg.& post eum Fely. & Dec.in
30 d.c.a nobis,col.1.ad quos legentem remitto.† Sed illud non prætermiserim quod huic quod diximus,nõ requiri dolum,aut scientiã allegari in his actibus,in quibus præsumitur,cõtradicit Alex consil.35 in cã.& lite uertente inter dominũ Benedictũ,co.ulti.lib.5.ubi expresse dicit. q̃ alias præsumeretur,quod quis ex certa sciẽtia,& dolo aliquid fecerit,tamen semper esset hoc allegandũ, alias hmõi præsumptio in hoc nõ releuaret, per tex.no. & ibi no.l si adulteriũ cũ incestu.§.idẽ Pollioni.ff.de adult. & quod ibi not.Bar.in d.l.cũ quid .ff.si cer. pet. ad quod ẽt
21 multa faciunt quæ dicã in trac.nostro de præscr.† Verũ, ut ego dicã quod sentio,arbitror Alex nõ fuisse in ea re sanae opin.nã.d.§ idem Pollioni,& alia per eũ alleg. intelliguntur,quãdo id q̃ presumitur,p̃cedit ex facto, uel animo eius,qui huic præsũptioni innititur,ut bona fides, de qua is tex.loquitur quo casu oĩno requiritur ut alleget,sed quando proficiscitur ex facto aut aĩo alieno, ut in casu nostro,sufficit allegare qualitatẽ,ex qua infertur id quod præsumitur,per.d.§.lucius. Et ita expresse distinguit Bar.in.d.l.cũ quid,& ibi quoq; alii post eũ,& Bal.d. consi.295.in fi.& Ant.locis supra citatis & idẽ Alex.sibi
22 contrarius,cõsil.1.col.pe.lib.5.† Sed quod dictum est in prin.ignorantiã excusare,intelligẽdũ est sane, procedere in ignorãtia iusta,& probabili,non aũt in affectata crassa,& supina,quia ista aequiparatur sciẽtiæ.c.eos,de tẽp. ord.&.c.cum inhibitio.§.1 de cland despon.cũ si & per Theologos,in.2.sen.di.22.& Alex.Ales in.2.parte summae.q.129.mẽbro 7.& in 3.parte q.41.mẽbro 2. art 2.& Diuũ Tho.in.1.parte.2.partis.q.76.ad quartũ,ideoq; uoluit glo.no.in.c.ult.§.ut aũt,in uerb.sciẽter,de offi.dele. lib.6.

li.6. quòd cōstituto poenalis in sciēter delinquētes lata, ligat, & ignorātes ignorantia affectata, & non probabili. & ibidē Dominic. dicēs hoc esse bene no. & est gl. similis in cle. 1. i uerbò, sciēter. de cōsang. & affi. cū quibus similiter trāseunt Gul. Laud. & Card. Flo. in 3. q. ibi. & Fely. in. d. c. à nobis, col. 1. de excep. & Phil. Frā. in c. ut aīarū, in vlt. no. de consti. lib. 6. & Hipp. Marsil. in. l. qui falsam, col. 13. ver. itē prædictā cōclusionē. ff. de fals. & in. l. 1. §. cū latrones, col. 3. ver. ad prædicta ēt facit. ff de quæstio.

23 †Sed Io. Cro. in. d c. animarū, col 3. ver. ultimò not. allegās solū gl. in. d. cle. 1. dubitat de veritate illius, quatuor potissimū rōnibus. Primò quia quòd scientia cōprehendat ignorantiā affectatā, nō est ex proprietate sermonis, sed ex quadā extētione, per text. in. d. c. eos. in uerbo, seu affectata ignorantia, quod uerbū est ampliatiuū præcedētis sermonis. l. si quis ita legauerit. ff. de auro & argē. leg. sed in materia poenali nō debet fieri extensio de casu ad casum, in quo nō uersatur omnimoda rō; nec de casu vero ad fictū. l. pe. & vlt. C. de interd. matr. ēt si ex larga significatione uoc bult posset ille casus comprehendi. l. si uxor, in prin. ff. ad legē iul. de adult. quā pro sing. allegat

24 Frā. Are. in. c. per tuas. de probat. † Secūdò quia affectata ignorātia nō æquiparatur sciæ ueræ, sed sciæ, fictæ, p tex. in d. c. cū inhibitio §. 1. ibi affectatores ignorantiæ, quod verbū importat fictionē. l. si antequā, iuncta. l. seq. ff de sc. Syllan ubi poena imposita hæredi nō uindicanti necē defuncti, non cōprehendit fidei cōmissariū qui est hæres fictus. l. si filius. ff. de eo quod cer. loc. & ita illū tex. not.

25 Fran. Arc. in. l. 1. ff. de vul. & pup. † Et facit quod no. Bar. in l. ult. C unde ui, quod ea lex puniēs occupantē rem alterius non cōprehendit occupantē rem hereditariam, quæ fictè, & non uerè est alterius. l. 1. § 1. ff. de rerū diuis. iūcta. l. haeres quādoq;. ff. de acquir. haere. Et q. licit idē Bar. quē sequuntur doct. in. l. si quis maior. C. de trāsact. quòd poena illius legis, quæ īponitur maiori uenienti cōtra iuramentū, non ligat minorē uenientē contra iuramētū, quia licet minor iurās reputetur maior, auth. sacra pu-

beres

berum.C.si aducr.uẽd.hoc tamẽ est per fictionẽ, non per
26 ueritatẽ.†Et si dicatur,quòd quãdo casus uerus, & casus fictus æquiparãtur à lege antiqua,tunc ẽt cõstitutio,quę aliàs est strictẽ interpretanda, loquẽs in casu uero, cõprehendit casum fictum c.ad audiẽtiã,&.c.cũ dilectus,& ibi Imo.& Panor.de cle.non resid.sed sciã,& ignorãtia affectata æquiparantur, per.d.c.eos igitur, &.c.respondetur quòd hoc uerũ est, quãdo hmõi constitutio continet idẽ, quod ius cõe,quod æquiparat illos duos casus, ut decla-
27 rat Panor. ubi suprà.†Tertio, quia minor est ignorantia affectata,quàm scientia.d. c.cum inhibitio, in uerbo, uel saltẽ affectatores ignorãtiæ, quod uerbum denotat diminutionem.c.5.pe.de don.inter uir.& uxo. & c.cãm quæ, & ibi Panor.de elec. Sed dispõ poenalis non debet extendi de maiori ad minus,ut est tex.in d.l.si uxor, in princ.
28 ff. de adult. † Quartò quia ex proprietate sermonis sciã non cõprehendit affectatã ignorantiã, ut dictum est, sed quãdo sumus in materia restringibili,uerba quæ possunt capi & largo,& stricto mõ,debent capi stricto, & non largo mõ.c.Rodulphus,de resc.& ibi not. Panor. & l.quòd si nepotes,in prin.ff.de testa.tutel. & uoluit Matthes. in
29 no.149.notà quòd hoc uerbũ: in fin. † Et hæc quidẽ,sed & longo antè interuallo,Luc. Pen.quẽ ipse non allegat, in.l.1.col.3.in prin.C. de colo.illi.lib.11.cõstanter scribit minùs puniri ignorantem, quàm scientem,ẽt si crassa ignorantia fuerit,& supina,per quædã iura, quæ illic al-
30 legat.quæ an illius dictũ pbẽt, alioũ sit iudicium.†Ego uerò ut tandẽ meum in hac re iudiciũ interponã,crediderim hãc crassam. & supinã ignorãtiã puniendã quidẽ,sed nõ tñ seuerè quàm sciam quoniã hmõi ignorãtia sufficit ad excusationẽ doli.l.1.in fi.ff.si ag.uect. quàm ad id citat Bal.di.cõs.98.ego psuppono. an fi.l.3. Sed affectatam ignorantiã quàm.s.sibi ascisicit delinquens, ne deliquisse uideatur,grauius aut saltẽ æque puniẽda esse atq; sciam. ar.tex.in no.in.c.ita fidei.ff.de iure fis.Quod,& cõfirmatur ex eo quod dixi suprà in sexta causa, nume.10. incip. de qua re dum loquor de ebrio,qui se inebriauit, ut se excusaret à crimine quod inebrietate uolebat patrare.

CAVSA DECIMAQVARTA.

SVMMAE.

1 *Delinquens si fuerit in lata culpa, mitius cum illo agendum est, modò dolus absit.*

2 *Puniendus corporaliter ne sit is, qui uolens percutere Titium, percußit socium, et nume. 4.*
Et quid si uolens unum percutere, duos percußit, nu. 3.

5 *Culpam capitaliter puniri.*

6 *Culpæ lata quando æquiparetur dolo, et nume. 7.*

1 DECIMOQVARTO, non solũ si aliquid imprudenter, aut ignorãter admissum fuerit, sed & si culpa etiã lata, dolo tamẽ non interueniẽte, mitius quoq; agendũ est cũ delinquẽte, ut patet ex multis, quæ dicta sunt in præcedenti cã, & ẽt in causa omnium prima, & est tex. in leg. §.2. & l. in lege. ff. ad leg. Cor. de sica. Et ita cõsuluit Pet. Anc. consi. 283. iure scripto, & cõsuetudine in fi. cũ dicit, ꝙ nõ est corporaliter puniendus, qui per latã culpã, sine dolo tñ deliquit Et in hãc sñiam dicit Nellus de sctõ Gemini. in trac bãnitorum, in 2. parte secundi tẽporis, q. 37. quòd si stante statuto, quòd bãnitus possit impune occidi, aliquis alterũ occ dit nõ bãnitũ, eum falsò existimãs esse alterum quẽpiã, qui fuerat bannitus, nõ debet hmõi occisor decapitari, cùm fuerit in culpa tantum, nõ in dolo, sed pro modo culpæ arbitrio iudicis est puniendus.

2 †Quanquã cõtra hanc decisionẽ uidetur esse tex. expressus in l. eũ qui. §. si iniuria. ff. de iniur. & in l. sciam. §. sed & si defendendi, ff. ad l. Aquil. quarum authoritate dicit Bart. in l. respiciendum, § delinquunt, in fi. ff. de poen. ꝙ si quis cum uellet percutere Titium, percussit socium, debet puniri corporaliter. licet idem Bart. sibi reliquerit

3 cogitandum. s. in l. si cum seruo. ff. de iniur. † Et per tex. in d. §. si iniuria, dicit idem Barto. in l. diuus, ff. ad le. Corn. de sica. quòd si quis, dum uellet unum duntaxat percutere, duos percussit, debet puniri secundum rei euẽtum, nõ

secũdum animum,& sequitur Io.Ana.in c.2.co.16.uers. adde etiam quia,Ang.de male.& Pan.in c.1 de cust.euc. tum per d.§.si iniuria,tũ etiã ne delicta maneant impuni ta,tum quoq; quia in delictis sufficit dolus in genere.allegat Ioã.Ana.in reg. cum quis,de regul.iur. i Merc. Et hanc sentẽtiam cõfirmat, quód scribitur Exodi 21. quòd si litigabant duo uiri,& percusserunt mulierem prægnan
4 tẽ:& c.†Sed Ang.in d.l si cũ seruo, per illũ tex. reprehen dit decis.Bar.quã supra citauimus,dicitq; hunc qui unũ percutit,putãs aliũ percutere,nõ debere puniri lege Cor nelia,neq; iniuriarũ,sed pro motu iudicis,propter culpã, si qua fuit,secus si nulla.& idem tenet ipse Ang.in d.§.de linquunt,& consi 289. uiso facto col.1.Floria.in d.§.& si defendendi,& Cepol.cõsi.33 .multa posset, col.4.& Ias. dicẽs hanc partẽ in iudicando seruãdam,in l.1.col.3.i fi. ver.quid aũt si volebã.ff.de leg.& i l. si pater suus,col.3. ver.gl.in uerbo,auferẽdũ.C.de hære.institu. & ante hos oẽs bal.cuius tñ nõ meminerunt,in l.ait prætor,§.quacũ que,versi.quò ad tertiũ.ff.de iureiur.& Signo. Homo,cõ si.1.statuto ciuitatis Papiæ, ub cõsuluit de eo, q cũ rixa retur cũ alio, uxorẽ illius prægnãtẽ casu pcussit ex quo aborta fuerat. Et in eandem fermè sentẽtiã remigrat idẽ Homod.cõsi.27.statuto ciuitatis Papiæ cauetur, col.pe. vbi cõsuluit non esse decapitandũ eum,qui cũ uellet pro hibere ne se canis mordicus p̃hẽderet, lapidẽ in eũ proie
5 cit,quo hoĩem iteremit,idq; i loco publici itineris.Quid plura?Bar.in d l.in lege.ff.de sica.& i l.1.§.1.ff.si quis te stã.dicit,quòd nulla lex ẽ,quæ culpã morte puniat,quod & uoluit Bald.cõs.109.qui mortẽ aliter uitare,lib.4.ubi plus dicit,nusquam reperiri,quòd ẽt famã propter culpã amittãmus.Quód tamẽ reprehendit Ang. i d l. in lege,& id.1.§.1.siquis test.& in l.plagii.& C.ad le. F.au.de pla gi.& i l.is q cũ telo.C.de sic. r.& cõsi.238. viso themate supradicto.co.ul.& aliis cõpluribus locis,i qbus multos casus allegat,i quibus quis capitaliter ex sola culpa puni tur,uidelicet l.pe.C.de custo.reor. ubi ẽt no. Bald. & l.si qs aliquid.§ qui abortionis.ff.de poen.& l.omne delictũ
§.qui

§.qui in acie.& §.exploratores,uer.ſed & caligatus,ff.de re mil. & l.milites. vbi ēt Ang.de cuſt.re.& l.1.ubi idem Ang.C.de priuat.car.& l.ult. C. ad leg.Iul.de vi. & l.1. C.nemi,lice.ſig.ſalua.& l.excipiũtur ff. de SC. Syll. vbi etiã impubes negligens punitur capitaliter,qui caſus eſt no.ſecundũ ipſum Ang.in d.l.plagii, alibi ãt idem Aug. in l.impuberẽ.ff.de furt.loquens de illo caſu,audi,īquit ſeueram ſentẽtiã capitalem latam contra impuberẽ . Sed & tu ultra Angel.adde aliũ caſum,in quo culpa capitaliter punitur, ſ in l.3.§.alio ſenatuſcõſulto.ff.ad leg.Cor-
6 nel.de ſica.† Propterea Ang.ipſe ī multis ex dictis locis quibus eum,citauimus nu præced. dicit doctrinam Bart. tũc ſolum procedere, quando ad poenam inferendam requiritur dolus,ut uidelicet eo caſu lata culpa dolo nõ æquiparetur, neq; ſit quis propter latam culpam ea poena puniendus, per d.l.ī lege.& l.ſi quis id quod.§.doli.ff.de iuriſdictiõe omn iud.cuius ſententiæ adſtipulator eſt Io.
7 Ana.in c.presbyterũ,in 1.no.de homi.† Sed quod ad hoc caput pertinet,illud certum eſt, quòd ubi nominatim dolus punitur,lata culpa non æquiparatur dolo . Ita uoluit gloſſ.in d.l.in lege ff.ad leg.Cor.de ſica.& ī l.2.§.ſi quis ff.ne uis fiat,& in l.magna,ff.de uerbo.ſigni. & Bart.in l. quòd Nerua,col.7.uerſic.illos enim tres, in 2.lect.ff.depo.& in l.1.in princ.ff. de legi.ubi dicit, quòd in maleficiis lata culpa dolo non æquiparatur,& Bal.conſ.4.277. in cauſa Gulielmi,lib.5.& Panor.conſi.4 facti contingẽtia,quædam mulier,lib.1.ubi hoc quoque dicit procedere,cum agitur de poena pecuniaria,& conſil.68.in Chriſti nomine amen,uidetur 1.col.2.uer. ſed his non obſtantibus,eo lib.1.ubi hoc dicit probari in d.l.1.§.ſi quis.ff. ne ui fiat,& in l.2.§.hæc actio.ff.ui bono.rap.& in cap.ſi quis ſuadente,12.q.4.iuncto ca.ſi uerò huius initii 2. de ſenten excom.De qua re abundãter uidere licet apud canoniſtas,maxime recentiores in c.2.de conſti.& latè per Hippo Marſi in d.l.in lege. poſt prin.ff.de ſica. & in ſingul. 76.uoluntas.& per Iaſ.in l.ſi pater tuus,col.2. uerſ. Berta rixans cum Scio,C. de hæred.inſti.

CAVSA DECIMAQVINTA.

SVMMAE.

1 *Poena minuenda in minorē uel leui quopiam dolo.*
2 *Præsumptio delicti quibus modis mitiganda.*

1 Decimoquinto, in dolò quoque iudex debet poenam minuere si fuit minor, aut leuis quispiam dolus vt aperte sentit Bald in l. & si seuerior. colu 2. versicu ex prædictis uidetur concludendũ, & ibi etiam Sal. ex quib. cau. infra. irro. & Alex consi. 144. post redditum primum cõsilium, ante fin. lib. 2. & consi. 160. vihs narratis. co. ult. uer. cõfirmo ẽt prædicta li. 7. ubi hoc reputat no. & Fran. Are. cõs. 80. sicut decet. col. 3. uer. cõfirmantur prædicta, ubi & ad hoc alleg. tex. i l. bi, i ff. C. de fals. & nouissime Lud. Bol. cõ. 37. licet alias penitẽti causa cõsuluerim, col.
2 4. uer. plus dico. † Propterea subdit Fran. Are. ubi suprà, quòd ubi quis punitur ex dolo præsumptio, si tamen ipsa doli præsumptio habeat multa aduersantia, que eam præsumptionem, siue probationem, quæ extat de praesũmptione doli, attenuent, est iusta causa mitigandi poenam quæ ex ipso dolo præsumptio in igitur. uerbi gratia, quispiã homicidiũ perpetrauit, fuitq; præsumptiue probatus occidendi animus, sunt tamen quæ faciunt, ut huiusmodi præsumptio nõ sit usquequaq; euidens, quin aliqualiter dubia reddatur, & non tam certa, quam si non adessent, putà consanguinitas, amicitia bona conuersatio præcedens, modus, & causa offendedi, hoc certè est iusta cã minuendi poenam arbitrio iudicis. ita dicit probare tex. no. in l. omnis. in princ. ff. de re milit. & optimè facere l. 3. §. is qui ad hostẽ, eod. ti. uer. sed improuiso, ff. eod. ti. Et hàc quoq; cõclusionẽ firmare dicit Nic. Mathe. cumq; sequi Bal. i l. si fugitiui. C. de ser. fugi. & hoc se credere esse uerũ, sicut euangeliũ, & id certè credo uerissimum, licet Nico. Mat. & Bal. ubi suprà, id non adeò specialiter dicant.

de

SVMMA.

1 *Pœnam possit ne minuere iudex ratione amicitiæ, quæ illi intercesſit cum eo, qui deliquit, et nu. 2. Diſting. nu. 4.*
3 *Papæ et Principi tantumne liceat poenā uel minuere, uel remittere, ob amicitiam ſibi iunctam cum delinquente.*
5 *Intellectus ad c. pen. de Iudæis.*

1 DECIMOSEXTO, poteſt iudex ratione amicitiae, quæ illi eſt cum eo qui deliquit, poenam minuere, ut uidetur probare tex. in c. niſi, in prin. de offi. delegat, ubi papa cuipiā poenam peccati remiſit rōne ſpecialis dilectionis, ut illic dicitur. Et quòd iudex id quoque poſſit, not. ibi per eum tex. glo. Inno. & Bal. qui eam gl. dicit ad hoc no. dignam, & limitat procedere in his ſolum, in quib. iu-
2 dex habet arbitriū, & Ant. Butr. ibi. † Et hoc ſequi uidetur Io. Fab. dū eā gl. ſimpliciter allegat, in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cau. infa. irro. & Iaſ. in l. 1. in prin. co. ult. in fi. ff. ſi quis ius dicen. nō obtemp. ubi illam gl. allegat pro no. ſed eam facit ſing. Roma. in repe. l. ſi uerò. ff. de uiro. in 25. fal. ff. ſol. mat. ubi tamen reprobat, & Barb. in repe. c. Raynaldus, co. 117. uer. & idem dicas in principe, de teſta. ubi intelligit ſicuti poſteà dicemus, & in repe. l. cum acutiſſimi, col. 12. uerſi. & ſi uerbis. C. de fideicō. ubi eam ſimpliciter allegat. & Pet. Ra. in ſuo alpa. in uerbo, ami-
3 cus † Sed & illū tex. no. Lucas de Pen. in l. 1. col. 10. uer. itē quia ratione amicitiæ. C. de deſer. lib. 12. ubi tamē clā culum hoc reprobat, uti etiam Barb. nuncupatim eam gl. carpēs in d. c. Raynaldus. quo loco nuper citauimus, intelligit illū tex. procedere in papa tātum, de quo & ille tex. loquitur. Latam. n. eſſe differentiam inter principem, & ſimplicem iudicē, quia ille dominus, iſte ſeruus, & miniſter legum, §. oportet, in authē. de iudic. Nec mirādum ſi Papa, aut princeps poſſit ob amicitiā poenā remittere, cū & aliàs oēs poenæ ſint in eius arbitrio conſtitutæ, l. 1. C.

de

de sum. tri. & no. per Bart. in l. rescripta. C. de precib. im per. offer. Hæc ferme Barba. † Cæterum Io. Ana. in c. pen. col. 1. uer. nota decisam de Iudeis, de hac ipsa re loquens, dicit solere distingui, utrum poena sit arbitraria, an non, utrum concernat uindictam, an non, utrum hmōi remissio tendat in graue præiudiciam aduersarii, an nō, utrum deniq; fiat à principe, an ab inferiore. Et ego certè latius ducerem nullum esse in his locū amicitiæ, si intersit Rei. aut priuati cuiuspiam, uel testimonio Cæsaris in ea ele gātissima oratione, quam habuit apud Salustiū, in Catili na. Cuius in exordium est, Omnes homines qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia ira, atq; misericordia vacuos esse decet. De quo & nos amplissimè dicemus infrà in 51. causa, nu. 62. incipi. At hoc ipsum, & seq. † Quid
5 quod nonnulli intelligunt d. c. nisi, procedere in amicitia quæ orta est ex uirtutibus delinquentis? & inter cæteros Panor. cuius authoritas apud omnes magna est, in eo ip so c. in 1. no Neque enim, inquit, alia amicitia consideran da est, cum scriptum sit, Non erit apud te acceptio perso narum, Deuteron. 1. cap. quod & repetitur in cap, nouit. de iudic. propter merita autem, ut subdit, præcedentia potest minui poena delicti, iuxta illud psal. 36. Si ceciderit iustus, non collidetur, quia Dominus supponet manū suam. De quo, inquit, dic, ut latius habetur per Ioan. An drēm ca. accusatus de hæret. li 6 post diuū Thomam secunda secundæ quæst. 86. Et ita quoque eum text intelligit Barba. in leg. titius column. 19. ff. de uerbo. obliga. Sed hoc pertinet ad causam 51. de qua inferius tractabimus.

CAVSA DECIMA SEPTIMA.

SVMMAE.

1 *Iudex an possit minuere pœnā nomine eius qui pro delinquēte inter cedit. Et de Ptolomeo, qui amore Galatæ, condemnatis ad suppliciū (pepercit.*
2 *Venia quando detur intercessoris causa et nomine.*

1 *Deci-*

1 Decimoseptimo, si uerum est quod in prin. præcedentis capitis dictum est, certè, & illud possumus dicere, non solum rõne amicitiæ, quã iudex habet cũ eo qui deliquit, sed, & cum alio qui pro delinquente intercedit, clementius cum eo agi posse, per tex. a paucis ad hoc annotatũ ĩ cap. cleros. l. dist. in illis uerbis, pro amore Dei, & tuo. & tex. in ca. ueniã. 33. quæ. 9. ibi, tam bonis, quã charis, quẽ & ipsum põderat Barb. in d. cap. Raynaldus. Et hoc quoque probari potest exemplo externo. Aelianus enim omnifariæ historiæ lib. 1. cap. 30. scribit Ptolomæũm regem amore Galetæ supplicitantis pro quibusdam ad supplicium condemnatis, idipsum remisisse.
2 † Sed profecto illi tex. iuris canonici loquuntur etiã in summo pontifice. Proinde uideant studiosi, an id quoque in cæteris obtineat. Sed tu tamen interim uide tex. in summo, pontifice non loquentem, in cap. miror. 17. quæst. 4. cum ibi dicitur, Tuus si de tuo amico præsumere fugitiuus, posset proculdubio intercessoris causa ueniam promoueri.

CAVSA DECIMA OCTAVA.

SVMMA.

1 *Pater si filium iudici obtulerit puniendum, mitius est cum eo agendum. Et super his Cæpolæ iudicium, nume. 2.*

3 *Patris summa in filium crudelitas et immanitas, qui filium suũ reuinctis manibus, iudicibus plectendum obtrudit. Et utrque eorum ad Artaxerxem adducitur.*

1 Decimooctavo, si pater filium qui crimen etiam capitale commisit, iudici obtulerit, remissius est puniendus filius, ne uideatur pater ad suppliciũ filiũ obtulisse, tex. elegans in l. milites argum. §. desertoré, & ibi glo. ff. de re milit. & per illũ tex. Ray. Forliui. homicidam, quẽdam, qui à patre captus fuerat, & ad iudicẽ ductus, liberauit à morte, sicut etiã retulit Saly. in l. propter ĩsidias, C. qui accu. non poss. ubi etiam Pau. Ca. dicit se in eã sen

rentiam aliquando consuluisse de filio quem reum maiestatis pater imperatori obtulerat, cuius uiso consilio lectoq; eo tex.quẽ Pau.in id citauerat, imperator non vltimo supplicio delinquentẽ puniuit, sed tantum decennio relegauit,sicuti refert Cepol.cautela.1.qui hoc dicit singulariter mẽti tenẽdũ,& Fely.in.c.accusasti, pau.ò post med de accusa.ubi & illũ text.pro sing.allegat, & Hipp. de Marsil.in.l.inauditũ,col.2.uersic.modò ulterius.ff. de sicar.& in.l.1.§.ad qõnem,col.5 uer. ulterius nota.ff. de quæstionibus,in quibus locis illum quoq; tex.ad hoc dicit sing.
2 † Miror tamen Cepól.Fely. & Hippol. retulisse Pau.Castr.hoc scripsisse super eã.l. propter insidias, cùm in eam, & ne in totũ quidem lib.9.C.quidpiam scripserit Pau.Quocũq; tamen res se modo habeat, hoc idẽ uoluit per illũ tex.Fely.ipse in.c.quærenti,col.3.versi.tertius est quãdo,de off.deleg.ipse quoq; Hipp. in.l.unius.§.nec si.ad si.ff.de quæstio.ubi ẽt illum tex.in.d.§.desertorem.dicit sing.& in.l.diuus,col.2. uer. quod ego intelligo.ff.de partic.& Ias.in.l.1.col.2. uer. limita istud non procedere.C.de his quib.ut indig.& facit etiã text.in.l. qui cum uno.§.qui filiũ.ff.eod.tit.de re mil. quem etiam ad hoc citat glo.in.d.§.desertorem, & Cepol.d. caute.1.
3 † Hic etiã in memoriam reducit historiã ab Aeliano, li. omnifariæ historiæ.1.c.34.eodemq; ult. Homo quidam genere Mardus,nomine Rhacones,filium habebat nomine Cartonẽ,qui Magos,& sapientes multi dãnis affigebat. Primùm igitur pater eum instituere,erudire, & uerbis reducere in uiã tentabat. verum cum ille nõ admitteret disciplinã,& quodam tempore uicini iudices eò uenirent,ubi sedes suas habebat adolescẽtis pater, ille cõprehensam filiũ,& manibus in tergũ reuinctis,ad iudices adduxit,ibi,quæcunq; unquã per audaciã deliquisset, cũ accusatione cõmemorauit.& à iudicibus postulauit,ut adolescentem ad mortem raperent. At illi animis consternat, suis sentẽtiis eum condẽnare noluerunt,sed utcunque ad regem Persarũ Artaxersem adduxerũt. Mardo uerò semper instante,& eodẽ contendente,excipiens rex, ait, Po-

tisne

tisne es etiam ferre, vt filius in tuo conspectu uita priuetur? Qui respondit, Maximè, quoniam cum in horto nascentium lactucarum surculos amaros defringo, & amputo, tantum abest vt dolorem ex eo mater ipsorum lactuca patiatur, vt etiam magis efflorescat, item magnitudine, & dulcedine plus augeatur. Ad eundem modum, ego, ò rex, cum videro eum, qui meam familiam lædit, & vitæ fratrum officit, obstatq;, vitam amittere, & à suis in ipsos iniuriis prohiberi, etiam ipse amplificabor, & reliquos mei generis similiter mecum prosperam fortunam agere conspiciam. Quibus auditis Artaxerxes Rhaconem collaudauit, & in collegium regiorum iudicum cooptauit, his uerbis præsentes allocutus, Qui tam seuerè, & iustè de propriis liberis sententiam audet pronunciare, omnino etiam in alienis criminibus incorruptum, & syncerum iudicem se præstabit. adolescentem uero præsenti culpa liberauit, grauissimam mortem interminatus, si præter antecedentia peccata in posterum simili in crimine deprehensus fuisset.

CAVSA DECIMANONA.

SVMMAE.

1 *Filius si patrem puniendum offerat, mitius cum patre agendum.*

1 VIGESIMO, Non solum si pater filium offerat, sed è diuerso, si filius patrem, idem quoque quod diximus in praecedenti capite, agendum est, per id quod notabiliter dicit Ang. in l. si adulterium cum incestu §. liberto in fi. ff de adul. quòd si filius patrem bannitum capiat, & ad magistratum ducat, debet patri uita concedi, propter filium, qui illum praesentauit, per tex. in d. §. desertorem, quod dictum sequitur dicitq; notandum Hippoly. in d. l. inauditum. & d. §. ad quaestio em, quibus locis curauimus in proximo capite octauo.

CAVSA VIGESIMA.

SVMMAE.

1 *Filius si patrē accuset, et plectēdū obtrudat, cū illo ē mitiūs agēdū.*
2 *Bannitum, et cum quidem consanguineum receptans, contra statutum, mitius punitur. Limit. nu. 5.*
3 *Militi, qui militiam deseruit ad tempus, ob affectionem parētum, et affinium, parcitur.*
4 *Falsum cōmittens, ut patris honorē tueretur, mitius est puniēdus.*
6 *Statutū licet pmittat bannitū impune occidere, filius tamen patrē bannitum occidere non pot. Contrariam opinionem uide, nu. 7.*
8 *Intellectus ad authen. hæc inter liberos C. de testam.*
9 *Banniti qui se ad hostes recipiunt, non perdunt ea, quæ sunt communia iuris gentium. Et quid in uiolatore pacis, nu. 10.*
11 *Filius non tenetur alere patrem, qui pugnauit contra patriam.*
12 *Filios naturales, et legitimos non differre, quomodo sit accipiendū.*

1 VIGESIMO, Cùm quis vt consultat consanguineo, vel affini pietate motus quidpiā legibus prohibitum admiserit, clementius est puniendus, text. est aureis literis scribendus in l. ff. de recep. ubi scribitur, nō seuerè admodum puniendos, qui cognatos, vel affines apud se receptauerunt, non. n. par esse eorum delictum, & eorū qui nihil ad se pertinētes latrones recipiūt, & illū tex. not. gl. Cy. & o. Fab in l. 1. C. de his qui latr. uel aliis cri. re occul. & gl. in c. felicis, post prin. in uerbo, receptauerit de poe. lib. 6. & gl. in § conuenticulas, versi. receptatorib. in uerbo, feriendis tit. de pa. iur. firm. & gl. Zenze. in extrauag. Io. 22. inci. ad nostri apostolatus, in verbo, receptauit, ti. de priuile. & Alber. de Gan. in trac. malefi. tit. de furib. & latro. col. 7. ibi prætereà, si scientes, & iterum, col. 8. uersic. verum cum sit frater, & Lucas de Pen. in l. si apparitor, col. 9. uersi. item persona alterius. C. de cohor. li. 12. & Ang. Are. in trac. maleficiorum, in verbo, dicto malefi cio semper assit. col. 4. uersi. quod si recepit.

2 †Et per illum dicit Bart. super eũ ipsum, & ibi post eum Alex. in ipsius addit, quòd mitius punitur, qui contra statutũ receptauit bannitum cõsanguineũ. Quod & idẽ dicit Bal. in d.l.1.C. de his, qui lat. & Alber. in ult. parte statutorũ, q.7 incip. sed nunquid filius, uersic. sed quod nõ. & And. Iser. Iac. Bel. & Matthæ. Afflic. in d.§. receptatoribus, idẽ And. & Matt. in cõst Siciliæ, incip. Pacterenorũ & Ioã. Ana. in c.2. col.5. uer. pone quod statuto cauetur, de delic. pue. & Nellus de S G mi. in tract. bannito. in 3. parte, q.21. & Domi. in d.c. felicis, & Io. Plat. in l. ult. C. de fabri. lib. 11. & in l.1. C. de deser. lib. 12. & Ro. in l.1. col.4. uersi. itẽ inducit. f. ff. in ius uoc. ut eant. & in repet. l. si uero. §. de uiro. in 17. fal. ff. sol. mat. ubi allegat illum tex. pro not. & Alex. consi. 144. post redditũ in fi. lib.2. & Feli. in c. literas, col. pe. de præsump. & in c. cũ quidã. co.
3 pe. de iureiur. †E huc quoq; pertinet tex. in l. qui cũ uno. §. ult. ff. de re mili. ubi datur uenia militi, qui ob affectionẽ parentum, & affiniũ ad tempus militiã deseruit, licet aliàs grauissimè esset puniendus. Et tex. in c.2. de aposta. ubi mitius quoq; punitur, qui ut fratri salutẽ cõpararet, baptismũ iterauit, & quod uoluit gl. in c. peruenit. 1. q.3 non tantum peccare, qui dat consanguineis, quod dare non debet. quam qui extraneis. Et quod in pulchro casu consuluit Bal. consi. 34. casus est talis. Guid. in fi. lib. 1. eã quidẽ esse leuius puniendũ, qui pietate in fratrẽ motus, ipsius fratris tractatum de proditione non reuelatur, ad
4 quod tamen nihil allegat. †Et quod item respondit Pau. Cast. con. 371. præmittendum est ad euidentiam, col. ult. lib.1. notarium, qui ut honorem patris tutaretur, falsum commisit, mitius esse puniendum, ut qui magis affectione sanguinis, ac pietate paterna, quã dolo ductus est, per multa, quæ ibi allegat. Nec hic lõgè abest, quod Tullius Philipp. 5. cõtẽdit, duobus Cn. Pompeii summi, & singularis uiri filiis pietatẽ fraudi esse nõ debere, quibus uide licet cõtra Cæsarẽ paterna pietate ducti, arma sũpsissẽt.
5 †Sed illud, quod diximus receptantẽ bannitũ consanguineum mitius puniẽdũ, existimant pleriq; ita limitandũ,

ut non procedat in receptante bannitū hostē publicum, & condēnatū de rebellione contra principē. Cuius sniæ fuerunt Bart.in d.l.de recep.Andræ. Iser. in d.§. receptoribus,& Matth Afflict.in d.consti. Pacterenorum.ea rōne ducti,quoniā hostis publicus, & rebellis perdit cognitionē, & agnationē, sicuti & ciuitatē.l. postlimum.§.filiusfa.ff.de capt.

6 † Proptereà, licet statuto permittente bannitū impune occidere, non possit tñ filius patrē bānitū occidere,ut uoluerūt Dy. Bar.& Ang.in l. si adulteriū cū incestu.§.liberto,per illū tex.ff. de adul. Ac ne frater quidē frēm bānitū,ut uoluit Nelli i d.trac.bānitorū in 2. parte 2.tēporis,q.53.incip.quæritur, duos ciues. vbi refert ita tenuisse Aegidiū in quadā disputatione,quod pro ualde no.sequitur Cepol.cōsi.5.casus talis est, colum.4. uersi.sextò pro hoc possunt tamē & filius,& frater impune interimere parentem,fratrēq; bānitū, hostē ciuitatis, ut dicit ipse Bart. in d.§.liberto.per tex.in d.§.filius.& l. minime.ff de religio.et sumpt.fun. vbi & hoc quoq; uoluit Bart.

7 †Sunt tamen, & qui indiscriminatim senserunt posse filium patrē bānitum occidere ex forma statuti, & contra quos uidere poteris(ne hic latius uagemur) apud Iaso.in l.oēs populi.in 2.lec. col.11.uersic.3. aduerte,ff. de iusti.& iur Quibus adde Pau.Cast.ab eo non memoratum,con.426 quòd isti officiales,in prin.lib.1. & Pan. consi.108 placet mihi sententia,circa medium,libr.1.Verum pedibus non statim eundum in illam Bar.And. Iser. & Matth.sententiā consuerim.cum d.l.2.de recep. uideatur considerasse naturalem consanguinitatis affectionē, quæ nos monet,ac ueluti urget,atque impellit,inuitosq; propemodū trahit, ut consanguineorum saluti .i. nostro sanguini consulamus, quam quidē affectionē propterea non amittimus,quòd leges ipse ciuiles consanguinitatis effectus tollunt ob delictum. Nec enim desinit esse naturaliter cognatus, & consanguineus,hostis ipse publicus, cū ea sanguinis qualitas nullio pacto aboleri,nulloq; iure dirimi possit. ut oībus perspicuum est, & leges proclamāt in l.ius aūt,ff.de pac.& l.iura sanguinis, ff.de reg.iu.

8 Qua

8 †Qua ratione motus Rom.cōsi.179. amplissime doctor. col.5. versi.non refragatur secunda ratio,notabiliter consuluit,aut.hoc inter liberos,C.de testa.habere locum inter liberos etiā non successibiles.licet.n.sublatum sit ius successionis ciuilis,non tamen est sublatum ius coniunctionis naturalis illic consideratum,quod nulla dispositione tolli potest,per dicta iura.† Quin ipse Bar.ī l.amissione,§.qui deficiūt.ff.de ca.dimi. dicit quòd hi banniti, qui se ad hostes conferunt, ideoq; & ipsi pro hostibus habentur,iuxta l.hostes.ff.de capti.& postli.reuer.& l.3.in fi.ff.de sicar.perdunt ea,quæ sunt iuris ciuilis, non tamē ea quæ sunt iuris gentiūm cōia, uidelicet omnibus gentibus,per l quidam sunt.in fi.ff.de poen. & idem quoq; uoluit ipse Bar.in sua disputatione incip. Lucanæ ciuitatis colu.7.vers.restat uidere quæ perdat. & ex recentioribus Ias.in l.de pupillo,§.si in pluribus,col vlt.ff.de oper.no.nunti.ubi & ad hoc ponderat tex.in l.si mādauero tibi.§.is cuius.ff.manda.Et bene facit quod pulchrè uoluit Bal. con.54.incip.statuto terræ Nursiæ,li.5. quòd bāniti affectionem naturalem retinent,nam natura cōmunis est oibus,l.hos accusare,§.vlt.ff.de accusat, ideoq; in pulchro casu illic consuluit,statutum considerans naturalem con-
10 sanguineorū affectionē,hēre locū in bānitis.† Ideoq; cogita.Neq;.n.ēt ausim pertinaciter refragari snīæ Bal.legū clarissimi oīum interpretis,, t īterī cæteros eiusdē sētētiæ prermittā,præsertim cùm in leuiori casu Bar.alter iuris prudentiæ oculus,in d.§.receptatoribus, quē legit sub §.cōuenticulas col.1.uideatur restringere d.l.2.de recep.ut uidelicet nō procedat īuiolatore pacis. quē sequitur Alex.in additionibus ad Bar.ī d.l.2. & Matthæ. Afl.
11 vbi supra.†Et pro opi.Bar.& aliorū optimè facit,q. licet filius teneat alere patrē bānitū,ut dicit ipse Bar.ī.l.si qs a liberis.§.sed utrū.ff.de libe.agnosc.per tex.iūcta gl.ī §.si uerò cōtigerit,in aut.de incest.nup & in l.mutus.§.manēte.ff.de iur.dot.Hoc tamē fallit in eo qui fēt bānitus, ob id quòd fuisset contra patriā,ut dicit Ale.ī addit.bar. in d.§.sed utrū,per dic.l.minimè;iūcta l.necessariò.ff.de

religio. Sed, & multi tenét indistinctè filium non teneri, nec debere alere patrem bannitum, uidelicet Bal. in ca. 1. in prin. tit. de pac. const. per tex. in uerbo, pôderauit, & in l. si quis. C. de incest. nup. & Aluar. in c. 1. §. si uerò pacis per illum tex. tit. de pac. tenen. ubi & per hoc no. quòd quis priuatur debito iure naturæ, propter bânum. Sed ut cũq; licet potior sit causa patriæ, quàm parẽtum, ut satis declarat d. l. minimè, non possunt tamẽ mihi aliter persua dere, quam ut non sit eius tã graue delictũ, nec adeò gra uiter puniẽdũ, qui patrem quacunque ex causa bãnitum neci subtraxit, modò ne id faciens patriam ipsam subuer
12 teret. † Ceterum quæ supradiximus, intellige habere lo cũ, & procedere nõ solũ ĩ parẽtibus, liberis, & aliis cõsan guineis legitimis, & naturalibus simul, sed, & in naturali bus tantum, erga quos parẽ affectionẽ, & amicitiam habe mus, ac in legitimos, & naturales. Neq;. n. natura differẽ tiã facit inter utrosq;. §. si uerò nõ habẽs in auth. quibus modis naturales efficiantur legitimi. & §. si quis ergo fi- lios. in aut. quibus modis naturales efficiãtur sui. Nam & affectio & uolũtas cõsideratur ex iure naturali, nõ ciuili. l. hos accusare. §. in omnibus. ff. de accusationibus. & huc quoque spectat lex, adoptiuus. §. seruiles. uersic. unde nec uulgo. ff. de ritu nuptiarũ. Cuius authoritate Pet. Anch. cõ. 225. videtur ĩ facie. co. pe. dicit, ꝙ proles naturalis ha betur pro legitima, quo ad foedus naturale. Et quòd scri bit Bal. in c. quæ in ecclesiarũ, col. vlt. de cõstitutionibus. quòd filius illegitimus communis est amore, & natura, ꝑ dictũ §. in omnibus. Et quod idem Bal. in l 1. co. 5. ver. Ex pedita est. C. vnde vi. tradit, ꝙ ut quis potest se defende- re, ita, & filium, siue legitimum. siue illegitimum quia na tura cõmunis est, per dictum §. in omnibus. Nec (ut sub- dit) constitutio naturam immutare potest, aut coarctare stimulos naturales. l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusa- tione tutorum. Et facit (inquit) l. 2. & 3. ff. de liberali cau sa. Sed & idem ecõtrariò, ut filius possit defendere patrẽ naturalem, ut seipsum, quemadmodum idẽ Bal. in l. cùm acutissimi. col. 2. versi. quæro, quid si statutum. C. de fidei

commiss.

commiss.per dictum § in omnibus. Ob idq; dicilt puniri, ut particidã, qui occidit patrẽ, aut filiũ naturalẽ. Quod, & ipsum dixerat idem Bal. Bar & caeteri post eos, in l. parentes. ff. de in ius nocandẽ. ubi ipse Bald. dicit singularẽ text. in d. §. in omnibus. Et praeterea idem Bal. ia l. ius ciuile. col. 2. uersi. & illa faciũt. de institia, & iure. & ĩ l. cũ acutissimi. col. 2. uers. quæro quid si statutum. C. ff de fideicommiss. & in l. quisquis. col. 2. uer. sipræterea de spurio. C. ad leg. Iul. maiestatis. & ĩ c. naturalis. co. ult. tit. si de feud. fuerit controuersia. Et consilio 457. ad euidentiam col. 2. uer. præterea sicut patri. li. 5. Imo. in l. Lucius §. ulti. ff. de legatis 2. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. & ibi quoque recentiores. ff. ad Senatusconsultum Trebel-
12 lianum. † Et huc quoque pertinet. l. uxorem §. codicillis in fin. ff. de legatis 3. ubi pietas, quæ proprie parẽtum, & filiorum est, ut dicemus infra, eadem quoque dicitur de naturalibus. Et d. l. parentes. ff. de in ius uocãdo. ut filius naturalis nõ potest uocare in ius patrem sine uenia, quia ut ibi dicitur, una omnibus seruanda est. reuerentia. Ex quo Gulielmus Cuneus, Bald. & Angel. & omnes prope dicunt, nihil interesse inter filium mere naturalem, & legitimum in his quę meram naturãm tangunt, cuiusmodi est reuerentia, & affectus naturalis. Id quod denique uoluit Bald. in l. 1. colũ. 14. uersic. pone, filius. C. de confess. quod sicut pater legitimus, & naturalis potest reuocare confessionem criminis de filio factam, & probare contrarium, per multa iura, quæ illic allegat, ita & pater merẽ naturalis, cum natura sit cõmunis, per dictum §. in omni-
13 bus. † Et huc quoque facit quod scribit idem Bald. consilio ducentesimo sexagesimosexto, ad euidentiam præmitt. co. 3. uersicul. praeterea, sicut patri. lib. tertio. Vt tamen non prætermittam saepe accidisse, ut parentes uehemẽtius amarẽt suos filios naturales, & illegitimos, quam legitimos Quod Pelopem, & Hebiũ fecisse tradit Plutarchus Parallelorum capite sexagesimo secundo, & sequẽ, authoritate Dosithei in Pelopidarum lib. in libro tertio rerum Italicarum.

Causa

CAVSA VIGESIMAPRIMA.

SVMMAR.

1 *Pœnæ aut omnino remittendæ, aut certè minuendæ his qui compatres receptauerunt et defenderunt.*
Quid de commatre. Quid de filio spirituali.
Quid item de alijs spirituali uinculo iunctis.
Et quid, si contra leges, statuta, et consuetudines id fiat.
2 *Pater spiritualis amandus non secus, quam carnalis.*
Patrem spiritualem occidens, ut puniatur.
3 *Filius, ut non potest uocare in ius patrem aut matrem naturalem, si uenia, ita nec patrem, nec matrem spiritualem.*
4 *Patrem naturalem non potest quis furti actione conuenire, cum reuerentia actionem excludat.*
5 *Iudex uel hoc ipso recusari potest quòd sit compater, siue pater filius spiritualis partis aduersæ. Limit.*
In quo mos patriæ considerandus.
6 *Pater spiritualis an sit idoneus testis. In utranque partem copiosissime et nume. 7.*
Pater spiritualis non omnino repellendus a testimonio ferēdo, sed eius fides non est usquequaque integra.
Compatres non sunt testes omni exceptione maiores.
9 *Patres sp̄ūales tenētur alere filios, quos ex sacro fonte susceperūt.*
Actio honoraria prodita contra compatres.
10 *Patres spirituales nō possūt cōueniri, nisi inquātū facere possunt.*
11 *Mulier potest accusare occisorem sui compatris, ut alias suorum iniuriam prosequi.*
12 *Compatrem, patresq; ac filios naturales receptans, mitius puniendus, cum ad id affectione ducatur.*

1. VIGESIPRIMO, non temerè contenderim id quod diximus non solum in consanguineis naturalibus, & (vt vulgò loquimur) carnalibus obtinere, sed & in partibus, matribus, & filiis spiritualibus, quos vulgò patrinos, matrinas, & filiolos vocamus, atque in eis

quo

quos compatres, & cōmatres etiam uulgo appellamus aliis q; huiuscemo di spūali uincolo iunctis. Qua in sententia fuit Pau.cast.consil.229.uiso suprascripto pūcto, & contentis in eo, col 4.uers.& confirmantur prædicta, lib.1.dum dicit, quod sicut e parcitur qui receptauit bānitum cognatum, per.l.2 ff. de recept. & dictum est in praecedenti causa, ita & ei qui compatrem receptauit, eademq; ut dicit ratione uti etiam, inquit, qui promisit quempiam defendere aduersus omnes, non intelligitur promittere aduersus compatrem, sicut nec aduersus se, & suos, per nota.in cap.petitio, de iureiuran. cum simil. In qua re multa hic repetēda ducimus, quæ & nos quoque diximus in nostris commentariis. in.l.si unquam, in uer.susceperit liberos utpote & hic admodū necessaria.

2 † Primum, quod, ut scribitur in ca.primo.30.q.3.ita debet diligere homo eum, qui ipsum de sacro fonte suscepit, sicut patrem. Quin & glossa in cap.sequenti, incipiente, Pycratium in uerbo, multo magis, dicit argumento illius tex. patrem spiritualē esse magis diligendum, quam carnalem, nec huic rei obesse quod ca.superiori dicitur æque esse diligendum. Non enim propterea tollit, quin plus diligi debeat. Subditq; paulo post, plus deferendum esse patri spirituali, in exhibitione reuerentiæ, quam ipsi carnali. Et illam glossam dicit singularem Barbat.in.l.2. colum.7.ff.de uerborum obligationibus, & in repetitiōe l.cum acutissimi.colū.116 uersicu. & ad hoc allego C. de fideicom. Quanquam & huic similis est alia singularis glo in cap.qui dormierit, uigesimaseptima quæstione secunda, inquiens si affinitatem spiritualem maiorem, & superiorem esse, quam carnalem. Ideoq; & alibi gl. in cap.aut facta.in uerbo, parentem, de poenitētia, distinctione prima, dicit per textum in dicto capit. Pyctacium. non minus esse puniendum, qui occidit patrem spiritualem, quam qui carnalem. Quam quidem gloss. singularem sequitur Alexander in additionibus ad Bartolum in leg.diuus, & eodem etiam accedit Hyppolitus Marsiliē.

3 in fine.ff. de patricid. † Hinc ex sententia multorum, maxime

maximi in legibus nominis, quemadmodum filius non potest in ius uocare patrem, aut matrem naturalem sine uenia, ita nec patrem, aut matrem spiritualem. Huius opinionis, fuerunt celeberrimi Iureconsulti, Guliel. Cuneus, Bal. & Angel. Pau. cast. Roma. Alex. & Ias. in l. generaliter. ff. de in ius uoc. Angel. & Fulgo. in l. adoptiuum per illum sing. tex. ff. eod. tit. Alex in l. 1 in prin. C. eod. tit. Ang. Are. in. §. poenales, col. 4. uersi. ex quo infertur, & c. ibi Ias. col. 10. uer. nunquid ergo, & Zasius co. 2 & Ludo Gomes col. 11 uer. & omnia prædicta, instit. de act. & Benedict. in repe. c. Raynutius, in uerbo, & uxorem nomine Adelasiam. in. 1. glo. nume. 765. Paris a Puteo in
4 tract. Syndicatis, in uerbo, suspicio, col ult. † Quauis Io. Fab. in. d. §. poenales, uersi. & in eum. in prin. dicit nõ esse necessariam ueniæ petitionem, cum non reperiatur iure cautum, curialibus tamen (ut ipse loquitur) esse, ut petatur, sed & quod non requiratur ueniæ petitio, tenuit Roma. sibi cõtrarius in. l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius uoc. Sed prima opin. cõior est, & uerior, quam & confirmat quod scribit Bal. in. c. 1. §. ult. col. 4. uer. dubitatur tã dem. tit. de prohib. feu alie. per Fed quod cum reuerẽtia actionem furti excludat, ideo non possit propterea quis patrem spiritualem actione furti conuenira, arg. l. nõ de-
5 bet. ff. de dol. † Quadrat & superioribus, quod plerique nõ contemnendæ authoritatis uiri scripserunt, posse recusari iudicem compatrem, siue patrem, aut filium spiritualem partis aduersæ. Nam id uoluit, Spec. tit. de appel. §. nunc dicamus. uesic. circa hoc autem, in 2. parte, & sentit in tit. de relat. §. qualiter, in tertia forma, incip. sanctissimo, & c. nouerit sanctitas uestra. & c. & Ioã and. qui id tamen dubiũ esse dicit in. c. Romana. §. quod si obiiciatur. & ibi Domi. col. pen. uersic. in fin glo. & ex primo, de appel. lib. 6. & in. c. cum speciali super 4. glo. & ibi etiam Imol. col. 5. uer. & nota quod ut etiam, Pa or. col. 2. uer. & pone exemplum. Phil, Dec. col. 2. eod. tit. Imol. in ca. prudentiã, col. 6. uersi. in gl. duobus, de offi. deleg. Philip. in. c postremo, col. ult. de appel. Firmia. in tract. de epis.
in 4.

in 4.parte,lib.4.col.8 versi.secunda si est compater,& in suo fertili indice,seu mauis repertorio, in uerbo, compater,uersi.13.& Ias.in.l.cùm apertissimi, col.3. ver. sexta causa.C.de iud.Bene.in repet.d.c. Raynutius, in uerbo, in eodem de testamento relinques. huius initii 2. nu. 20. de testa. ubi tamen id dicit tum demum procedere, si ex more patriæ tāta ex hac necessitudine oriatur amicitia,
6 quanta inter consanguineos.†Quin & non parùm multi maxime authoritatis fuerunt in ea sententia,ut existimarint istos non esse testes idoneos, in hac enim fuit Bal.in d.l.generaliter.ff.de in ius uoc.& ibi Alex.col.2. uersi.ex ista æquiparatione, Saly.in.l. testis idoneus.ff.de testi. p tex.in.l.si quis alūnā,& ibi no.C.de nupt.& Raph.Fulgos.in.l.4.§.prætor ait.ff.de in ius uocā. Alex.subdubius tamen,cōsi.143.quoniā abunde,& rectè conclusium,col. 3.uer.quidā et ex illis testibus, lib.2.& consi.34.uiso processu causæ uertentis inter Cer.co.6.uer.ad hoc et accederet,lib.3.ubi tamen dicit in ea re non se facere magnū fundamentū Phil.Fran.qui id dicit sing. in.c.1.in princ. col.3.uer.in glo.in uerbo,spiri. uale,de cogna.spir.lib.6. Bertran.consi.178.uiso processu.nu.13.lib 2.& Matthæ. Afflict.in consti.Siciliæ, cuius est exordiū, mores dissolu
7 té uiuentiū,uer.30.† Contrariū tamen tenuerut alii multi,& numero & authoritate superiores, & nōnulli ex illis.f.Bar.consi. 92. in qōne uertente inter dnm Simonē, col 3. uer. nec obstat qd' ipse est Sanctolus pater. & Bal. sibi cōtrarius in.l.parentes,col.2.uer.quæro igitur utrū lex nostra,& ibi et Saly. sibi quoq. cōtrarius. C.de testi. idem Saly.& Flo.in.d.l.testis idoneus.ff.eo.Rom.Alex. sibi contrarius.Soci.& Ias in d.l. generaliter.ff.de in ius uoc.Io.Ana.in.c.cum dilectus,col. ult. de accus.alter.Io. Plat.in.§.testes.instit.de test.Alber.Maleta.in tractā.de testi.in 1.parte 1.partis,co.8.in patuis,uer.sed quid erit de patre.Alex.in addi.Bar.in.l.legibus.ff.de testi. & cōs. 42.in cā & lite uertēte,co.ult.uer.nec obstat quòd unus, lib.4.& cōsi.125.uiso themate,col.2.lib.4 & consil.186. uiso processu causæ uertentis inter Ser. Ioannem, col. 2.

uer.non obstat et si diceretur,lib.7.Fra.Are.in c.cũ opor teat,col.4.uer. nunquid aũt consanguinitas, de accusat. Corn.cõs.61.uisa copia processus, col.3 ver.ostẽsa itaq;, lib.3. Cepola cautarũ ciuiliũ,consil.5 in qõne uertente, col.1.uer.nec etiam ex eo,& Fely.in.c. cùm nuntius, col. 1.uer.& inquantũ Doct. de testi. & Ias. in d l.cum apertissimi,col.2.uer.facit quod singulariter. C de iudi. & in d.§.poenales,ubi suprà,instit de actio.Carol.Ruin.cõsi. 81.uiso processu,col.7.nume.19.lib.3.Lafrã.Oria.in repet.c.quoniã contra falsam,in materia testiũ, de probat. Aufrer.in trac.de reprobationibus testiũ,in litera p,uer. pater spũalis.Bened.in d c.Raynutius, in uerbo, & uxorem nomine Adelasiam,nu. 767. Steph. Bertran. sibi itẽ contrarius,,consi.300.nobilis,non multò ante fi.lib.2.& nouissimè Vigilius Phrygius in.§ pater,in gl 1.i fi.insti.
8 de testa. † Quia in re illud uerissimũ esse existimo, quod traditum est à Fulg.consi.11 emphyteuta,ad medium nõ omnino hos repellendos esse, sed eorum fidem non esse usquequaque integram,quod, & ipsum quoq; uoluerunt Alex.consil.237. respectis his, col.ult.uer. & posita, lib. 6.& Firm in d.suo repertorio, in uerbo, compater, uersi. 14.Phil.Dec.qui id dicit relinqui arbitrio iudicis,in ca. cum speciali,col.2.uer.14 tertiò Abbas concludit. de ap pel.Fran. Ripa in.l.admonendi,nu. 181.ff de iureiur.Al ciat. dum dicit illos non esse omni exceptione maiores, in d.l.1.in prin.C.de in ius uoc.At Fran . Cur.in d.trac. de testibus,concl.30.adeo obscurus,ut uix intelligi possit,quid ipse sentiat,licet in hanc partem inclinare uidea
9 tur.†Adde & tu superioribus quòd huiusmodi patres spi rituales hos filios teneantur alere,ut patres naturales,ex sententia Ioan.Fab.in l.1.C.de alien.lib. & Bal. qui tamen dubitat,in authen.nisi rogati col.ult.C. ad Trebell. Philip.Franc.qui id dicit no.in d.c.1.de cogna, spiri.lib. 6.Nicol.Perusi. & ipse quoq; notabũdus in tract. succes. ab intesta.char.3.in paruis,uersi.septima, & ultima species,Barba,in repe.c.Raynutius, col.37 uersi.& adduco, de test.Fran.Cur. in d.tract.de testi conclu 30.ad finem.

Catel.

Catel.Cot.qui id singu dicit in memo.inci.cōmater. Budeus uir utiq; admirādus in li.1 de Philogia,ubi scribit proditā esse quandam actionem honorariam, ad horum nutrimentum,si egeant,& nouissime Ludo Gosia, consi. 13.in hac causa.col.2.nu.18.licet contrarium non obscu re uideatur tenere Bened.in repet.d.c.Raynutius. in uer
10 bo,& uxorē nomine Adelasiam.nu.767.† Sed, & adde. quod ipse Io.Fab.tradit,in §.sunt præterea.uer. sed si qs col.1.& ibi quoq; Ioan.Plat.& Ang.Are.uterque item. colu.1.Insti.de actio.quod hæc personæ spirituales, de quibus loquimur,non possunt conueniri nisi inquātum facere possunt,quemadmodū nec parentes naturales,de quibus ī d.§.Et quod itē Barb.cōstāter firmauit in repe. l.cum acutissimi.col.125.uer.faciat elegans.C. de fidei-com.hos filios naturales excludere substitutos Sed huic sententiæ aperte resistit Bal.in d.authēt.nisi rogati. col. pe.uer. sed tunc quæro.C. ad Trebell. & plerisq; omnes quos tibi colligimus in d.l. si unquam. in uerbo, suscepe
11 rit liberos.num.26.incip.nec itē spirituales.† Sed quod minime dubiū est nostris legū interpretibus, licet nulla lege cautū sit,mulier pōt accusare occisorē sui cōpatris, ut alias suorū iniuriā prosequi,id.n. magna authoritate scribit Bal.ī l.1.co.12.uer.sed an commater.C.qui accu. nō poss.Rom.loquēs de filia spirituali,ī l. quāuis col.ul. ff.de in ius uocan.Alex.d.consi.34.ubi supra citauimus, lib.3.Io.Ana.ī d.c.cum dilectus col.ult.de accu. Bertrā. Laud.ī addi. Albert Gand.in ti.qui accu.poss.c.3 Das. in d.l.generaliter.col.1.ff.de in ius uocan. & l.apertissimi. col.2.uer.6.cā C.de iudi.ubi id dicit sing.sed utrobiq; et rāter citat Bal.ī l.1.C.unde ui. Catel. Cotā.qui,& hoc di cit sing.ī dict.memor. cōmater. & Steph.Bertr. cōs.178.
12 li.2.Cætera aūt hos spirituales necessarios tāgētia uide bis in dictis nostris cōmētariis in d.l.si unquā Sed quod ad hunc nostrū casum specialiter pertinet,sequendū arbitror Paul.Cast.qui hoc casu mitius puniēdū cēset, qui compatres,patresq; ac filios spirituales receptarunt, neque enim deesse affectionem,quæ illos moueat.

CAVSA VIGESIMASECVNDA.

S V M M A R I V M.

1 *Amicorum causa facit, ut eorum causa admissum, mitius sit puniendum.*
2 *Amicitiæ, quàm fraternitatis, arctius uinculum.*
3 *Societatum omnium quæ nam præstantissima.*
4 *Amicitiam propinquitati anteferendam.*
5 *Charitas necessitudini in ordine scripturæ prælata.*
6 *Amicitiæ fraternæ modus herculanus.*
7 *Darij uxor, Intaphernis, fratrem præfert & uiro & filijs.*
8 *Fratres sororesq; dulcissimi dicuntur.*
9 *Frater fratri in periculis fere adest.*
10 *Amicitia æquat aut superat fraternam affectionem, & nu. 13.*
11 *Frater dicitur quasi fere alter, amicus, alter ipse.*
12 *Frater ex commilitio amicitiæ factus, si fratri commilitoni quidpiam donaueris, id in peculio castrensi habendum.*
14 *Amicus amico non inutiliter stipulari potest.*
15 *Stipulari pijs locis, & causis quilibet potest uerbis directis.*
16 *Amicus uicem procuratoris obtinet.*
17 *Amico pro amicum potest acquiri.*
18 *Pacisci amicus pro amico non potest Iasoni.*
19 *Amici quæ faciunt, nihil differunt ab his, quæ nos facimus.*
20 *Stipulatio nō solum amici, sed et extranei ab eo ratificata pro quo fuit interposita, æque prodesse debet atq; stipulatio procuratoris qui mandatum ab initio habuit; ut ratihabitio retrotrahatur.*
21 *Frater fratri stipulari, an et quando possit.*
22 *Filiorum appellatione, ueniunt nepotes, quos testator ob singularem amorem filios nominabat ac tractabat.*
23 *Inter amicos locum habet quicquid à iure statuitur inter coniunctos et necessarios ratione affectionis sanguinis.*
24 *Ab amico relictum, præsumitur relictum contēplatione personæ.*
25 *Amicum suum si quis relinquat executorē sui testamēti, sub nomine dignitatis, uidetur nō dignitatē, sed amicitiā considerasse. Et an mortuo executor, transeat officium in successorē in dignitate.*
26 *Amici legata ex testamento minus solenni an capiantur.*

27 *Amoris*

27 *Amoris liciti ardor non habeat uim clausulæ codicillaris, modo libertatis fauor concurrat.*
28 *Amoris liciti ardor, uim habet reuocationis clausulæ derogatoriæ in primo testamento adpositæ.*
29 *Legata debentur amicis testatoris, licet hæreditas non fuerit adita ex testamento.*
30 *Amicus quem testator diligit, ut coniunctum, licet re uera non sit coniunctus, habetur tamen pro coniuncto.*
31 *Amicitia, et pietas fraternizant.*
32 *Amicis singulares an ueniant appellatione suorum, et nu. 33.*
34 *Amicus pro amico an admittatur ad agendum sine mandato, cum cautione rati.*
35 *Absentis coniuncti tacita uoluntas arguitur ex affectione.*
36 *Amici, et consanguinei pari passu non ambulant Panor. et Alex.*
37 *Amicus electi, an sine mādato cōfirmatione petere possit eius noīe.*
38 *Amicus an possit pro amico suo eius mandato impetrare literas ad beneficia.*
39 *Sacerdos alioqui postulare prohibitus, potest tamen pro coniunctis personis, si necessitas suadeat.*
40 *Religiosus potest esse procurator pro amico monasterij, etiam laico, sicuti, et pro monasterio, etiam sine abbatis consensu.*
41 *Agere quis potest sine mandato ad implementum eorum, quæ ad pias causas disponuntur.*
42 Amico *licet uim illatam coniuncto sibi stricta amicitia, repellere.*
43 Amicus *etiam inuocatus iuuare potest amicum, resistendo etiam de facto, officiali iniuste exequenti.*
44 Amicitia *tantum operatur in considerandā affectione, quantum sanguinis coniunctio.*
45 Amicitia *intensa maioris est ponderis ad repellendum testem, quàm fraternitas Baldo.*
Amicitia *an semper repellat a testimonio.*
47 *Iurans defendere alium contra omnem hominem, non tenetur defendere aduersus suos amicos.*
48 *Mulier sicut non potest pœnam promittere, si non nupserit, nec illi quibuscum est mulier consanguinitas, aut magna amicitia.*
49 *Stipulatio huiōi cum demum ualet, promitto centum si Titius plagium fecerit, cum Titius sit meus consanguineus aut amicus.*

0 *Amicorum præsentia excludit præsumptionem fraudis, & metus, & nume. 52.*

51 *Tutor potest bonorum possessionem pupillo delatam repudiare, pupilli amicis interuenientibus.*

53 *Amicis inuicem contrahentibus fraus, & simulatio plerunque præsumitur.*

54 *L. cum acutissimi, an habeat locũ in amico sũma amicitia iuncto.*

55 *Amicus pro amico potest appellare.*

56 *Amicus procurator constitutus, uidetur tacite non contradicendo acceptare mandatum.*

57 *In iudicio si quis agat meo noĩe, me sciẽte, et nõ contradicente, tum demũ uideor id ratum habere, si inter nos amicitia intercesserit.*

58 *Donatio & liberalitas præsumitur ratione amicitiæ.*

59 *Factum in obscuro, ex affectione cuiusque interpretationem capit.*

60 *Amicos uexare, tanta est, quanti consanguineos.*

61 *Vasallus perdit feudũ si cum amicis domini inimicitias cõtrahat.*

62 *Amicitiam quanti fecerint tum Philosophi, tum Iureconsulti.*

63 *Amicitia paterna qui aliud impendit, non repetit.*

64 *Amici sponsi si quid donent sponsæ, sponso quæritur, non sponsæ.*

65 *Amici parentum possunt petere illorum liberis tutores dari.*

66 *Amicorum, et consanguineorum opus æquiparatur.*

67 *Amici adhiberi solent negociis rebusq; mortalium.*

68 *Ad amicos qui peruenit, ad nos reuersus intelligitur.*

69 *Amici absentis uocandi, quãdo quid fieri debet in eius præiudiciũ.*

70 *Amici debitoris absentis sunt citandi, antequam perueniatur ad secundum decretum.*

71 *Clam facere dicitur, qui se opus facturum non denuntiat amicis, his absentibus, quibus erat denuntiandum.*

72 *Amicus pro amico admittitur sine mandato ad recuperãdam possessionem, qua spoliatus fuerat absens.*

73 *Amicis nostra secreta committimus.*

74 *Amicitia facit, ut uel seruos filios proprios nominemus.*

75 *Amici conuocandi sunt in contrahendis nuptijs.*

76 *Amicorum consilio utendum in nostris negotijs.*

77 *Amicus non cogitur esse aduocatus contra amicum.*

78 *Amicus præsumitur patrocinari gratis pro amico.*

79 *Amicis conuocatis factum præsumitur deliberatum.*

80 *Amici possunt facere, hæreditate delata absenti, ut ei decernatur bonorum possessio.*
81 *Amicus et sine satisda ione admittitur ad allegādas cās absentiæ.*
82 *Amicorum potentia, facit hominem excellentem.*
83 *Amicus si impediat citationem peruenire ad amicum, tanti est, ac si ipsemet impediret.*
84 *Amici uerba latam interpretationem admittunt.*
85 *Amicorum causa patratum, clementius puniendum.*
86 *Eua an grauius peccarit, quàm Adam.*
87 *Lysander Lacedæmonius multa facinora cōmisit amicorum causa.*
88 *Amici causa, non peccandum, maxime contra Rempu. Ciceroni.*
89 *Amicitia improborum reijcienda.*

1 VIGESIMO secundo, Si consanguineorum fauor efficit, ut quod propter eos admisimus, non si seuerius puniendum non minus, & amicorū causa id efficere debet, cum amicitia necessitudini anteponenda, sit aut certè nō posthabenda, uel ex Platonis Philosophorum an tistitis sententia, in qua etiam fuisse uidetur Solon Atheniensiū legislator, qui cum permisisset pro uoluntate cuiusque, nisi sui essent filii, hæredem constitui, ex hoc enim uisus est (ut ait Plutarchus in uita illius) amicitiam propinquitati, & gratiam necessitudini etiam in bonorum successione præferre, præterquam tamen filiorum, quos is excepit. Isocrates orator eximus ad Domenicum scribens, miris effert laudibus Hipponi cum ipsius Demonici patrem, quoniam magis approbat sui studiosos quam propinquitate ulla coniunctos, existimabatq; ad societatem esse potentiorem natura legem, mores genere, de-
2 lectum necessitate. † Nec desunt Latini scriptores huius sententiæ assertores. Diuus enim Ambrosius (nam à diuis primum exordiendum est (ait, Plerunque amici se potius beneuolentiae quisque committit, quàm fratris necessitudini. Valerius Maximus, author grauissimus, capitul 7. libr. quatuor. in haec verba exorditur, Contemplemur nunc amicitiæ vinculum potens, & praeualidum, neque ulla ex parte sanguinis uiribus inferius,

 hoc

hoc etiam certius, & exploratius, quia illud nascendi fortuitum opus, hoc uniuscunque solido iudicio inchoata uoluntas contrahit. Itaq; celerius sine reprehēsione propinquū auertere, quā amicū, quia altera direptio utique iniquitatis, altera utique leuitatis crimini subiecta est. Cū.n. deserta sit futura uita hoīs nullius amicitiæ cincta præsidio, tā necessariū subsidiū temere assumi nō debet,
3 semel aūt apprehensam rectè sperni non conuenit. † Sed & utroque prior Tullius, lib. 1. Officiorū, sanguinis, ait, coniunctio, & beneuolentia deuincit charitate hoīes magnum est, n. eadem habere monumenta maiorū, eisdemq; uti sacris, sepulchra habere cōia, sed omnium societatum nulla præstātior est, nulla firmior, quàm cū uiri boni moribus similes sunt familiaritate cōiuncti. Idem quoq; in Lælio, hanc sniam hac item rōne comprobat. Ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia nō potest, sublata .n. beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis remanet, ergo illud ī quo necessario beneuolentia pmanet, anteponēdū est ei à quo beneuolentia remoueri potest, Hæc ille. Quòd aūt ex propinquitate beneuolentia tolli possit, imò uerò plerunque tollatur, satis docet illud Ouidij uulgo notissimum, lib. 1. Metamorph.

Fratrum quoque gratia rara est.

Cuius è nostris meminit Barba. consil. 20. illud afferam in medium quod Deo supremo colum. 12. uersicu. cum ergo tempore, lib. 2. & consilio 53. à Ioue principium. columna penultima, libr. 3. & consi. 87. prope est dominus, columna tertia, uersicu. & in hoc fratre, lib. 4. Secundum quam sententiam, Treuellius Pollio in Claudio, uice miraculi esse opinatur fratres amare, cum dicit, Amauit, &
4 fratres, iam potest esse dignum miraculo. † Id quod aperte ex Ciceronis sententia, & argumento demonstrat amicitiam propinquitati longo esse interuallo præferēdam. Quod & recentiores Theologi astruunt, qui cùm ordine charitatis differunt, censent coniunctos sanguine in his duntaxat, quæ ipsam concernunt, amicis anteponendos in cæteris postponendos arbitrantur, ut licet ui-

dere

dere per diuũ Tho. 2. 2. q. 27. & Ant. Flo. in 4. parte summæ tit. 6. c. 5. §. 6. At alibi idem diuus Tho. in eo uidelicet opusculo, quod scripsit de dilectiõe Dei, & proximi, simpliciter asserit amicitiã consanguinitati præponderare.

5 † Apud Iurisconsultos, qui ordinẽ scripturæ inspiciendũ iubent. l. generaliter. ff. de fideico. liber. cum ff. non semel reperimus charitatẽ necessitudini i ordine scripturæ prælatã. l. si seruus plurium. §. ult. ibi, legatarii charitas, & necessitudo ff. de leg 1. & l. Theoponipus, in illis uerbis, amici mei, & cognati. ff de dote prælega. & l. sed si plures §. in arrogato, in fi. ibi, amicus, uel cognatus. ff. de uul. & pupil. subst. & l. affectionis, ibi amicos, uel necessarios. ff. de dona t. Et hoc quoq; satis sentire uidetur Panor. in c. ult. ad fi. de postu. notans ex dicto Vincent. quod ibi propinquitas profertur amicitiae, quasi dicat secus esse alibi.

6 † Quid plura? fraterna propinquitas, atq; amicitia cæteras omnes (paternã semper excipio) facile antecedit, est Hesiodi sñia in eo ope cui titulus est, Ἔργα καὶ ἡμέραι,

Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον,

Sed nec germano quisquam est æquandus amori.

Cui accedens Mycipsa in oratiõe, quã moriens ad filios habuit, apud Salust. in Iugurtha, inquit: Quis aũt amicitior, quàm frater fratri? Et Quintilianus ĩnus declamation. 321. Quæ põt amicitia esse tam felix, quæ imitetur fraternitatẽ? certẽ quoties blandiri nolumus, h s, qui esse amici uidentur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen põt quàm ut fratres uocemus. Et paulo post, Nam quid est aliud fraternitas, quã diuisus spũs? Et ut inquit P. Nigidius apud Gell. lib. 12 c. 10. atq; etiam Fest. Pompeius lib. 6. frater dicitur quasi fere alter. Ideoq; Cic. lib. 2. Epist. Famil. ad Coelium, de fratre loquens, Quoniam, inquit, alterum me reliquissem. Quam copiose, ut scribit Vale. lib. 5. cap. item 5. in prin. suauitatis illa recordatio est. In eodẽ domicilio antequã nascerer, habitaui, in iisdem incunabulis infantiæ tempora peregi, eosdem appellaui parentes, eadem pro me uota excubuerunt, ad rem ex maiorũ imaginibus gloriã traxi, chara est uxor,

dulces liberi, iocūdi amici acceptis affines; sed postea cognitis nulla ēt beneuolētia accedere debet, quæ priorem exhauriat. †Refert Herodotus in Talia, quòd cùm Darius, qui primus huius noīe fuit, rex Persarū, Intapherně capite dānasset, eiusq; liberos, atq; oēm demum eius familiā ad necē uinciri iussisset, uxor ipsius Intaphernis illum tandē ad eam misericordiā adduxit, ut ei obtulerit unius electionē ex uinctis domesticis suis, quē uellet liberari, illa aūt ex oībus frēm delegit. quod admiratus rex, ab ea quæsiuit, quāobrē uiro filiisq; prætermissis fratrē elegisset, ut superesset, qui, & remotiori ab se gradu, quā filii, & minùs iocūdus, quā maritus? cui illa rudens, Rex (inquit) maritus mihi alius, atq; alii liberi, si hos amisero esse pōt, alius frater parentibus meis iā uita defunctis nulla rōne esse pōt. Quo rnso delectatus Darius, eū, quē mulier optauerat, missum fecit, & filiorū natu maximū, cæteris oībus interfici iussit. Cui simile est quod Antigone apud Sophoclē in fabula eiusdē nois, dicit se frēm uiro ac filius anteponere, his. n. amissis alios facilè cōparari, frēm uerò, si parentes obierint, nunquā sibi nasciturū esse, Quod, & retulit Aristot. lib. Rhetoric. 3. cap. 46. uersus autem Sophoclis in eam sententiam, hi sunt,

Πόσις μὲν ἄν μ.ι κατανόντος ἄλλος ἦν.
Καὶ παῖς ἐπ' ἄλλου φωτὸς, εἰ τοῦ δ' ἡμήλακον.
Μητρὸς δ' ἐ ἄδου, καὶ πατρὸς κεαυθότοιν.
Οὐκ ἐσ' ἀδελφὸς ὅσις ἂν βλασοίποτε.
Marito mortuo alius esset,
Et alius gnatus, si hunc amittentem.
Sed matre, & patre sepultis.
Non potest iterum nasci frater.

8 †Apud Iurisconsultos nō semel frēs sororesq; uocantur dulcissimi. l. cū pater. § dulcissimis ff. de le. 2. & l. Thais. §. sorore. ff. de fideicō. lib. Et alibi charissimi. in eadem. l. Thais. §. lucius, extatq; decisio domin. Rot. nō ualere resignationē beneficii factam, ut frater liberetur e carceribus, tanquā metu factā, cùm illata fratri cōtumelia, mihi inferri censeatur, per iura quæ allegant decis. 463. dubitatur

9 tatur an ualeat resignatio, in nouis.† Vetus est apud Platonē lib.2.de Rep.adagiū, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη, id est, frater uiro adesto, de fido auxilio dici solitū, quoniam in rebus periculosis uix unquam frater solet deesse fratri. Quod ex Homero sumptum idē Plato testatur in Protagora ubi Socr.Prodicū aduocans, ut Simonidē eiusdē ciuitatis hoiem à Protagoræ calūnia tueatur, Videor equi (inquit) aduocare te (quēadmodū ait Hom.) Scamādrum ab Achille obsessū Simoentē aduocasse.f.lib.Iliados.21.

φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροί περ σχῶμεν. id est, ad uerbum,
Dilecte frater fortitudinem uiri ambo
Impediamus.

At Plutarchus in Cæsarē tradit Cascam Cæsare retinente gladium fratris auxilium uerbis Græcis inuocasse, ἀδελφὲ βοήθει.

10 †Verùm hanc tam magnā affectionē fraternam superat, aut certè æquat amicitia. Est.n.amicitia ipsa ueluti quædam fraternitas, ut est tex.in.l.uerū.in prin. iuncta gl ff. pro soc.& not.Soci cōh.263 capio primū, col.6.uers.sed ad ista rñdeo, & Ias.in.l.quæ dotis, colū.13.in.3.casu.ff. sol.mat, Ideoq; quos impensē diligimus, plerūq; frēs uocamus. ut iā diximus ex Quītiliani snīa, & attestatur Iurisconsultus in.l.nemo.§.1.ff.de hered. insti. ubi & illud quoq; dicitur nō uitiari instōnē amicī extranei, sub fratris appellatione facta, nec immeritò, nam (ut Menander

11 ait) puta frēs ueros amicos. † Propterea quēadmodū frater (ut dictū est) dicitur quasi ferè alter, ita & amicus ueteri prouerbio dicitur alter ipse, quod ad Pythagorā authorē pleriq; referūt, alii ad Zenonē Stoicorū principē, qui interrogatus quis esset amicus, Alter (inquit) ego, author Laert. Cuius snīe meminit Arist.li. Ethic.li 9.c. itē.9 Idē lib.Magnorū moraliū, ἔστι γὰρ ὥς φαμεν, ὁ φίλος ἕτερος ἐγώ, id est, Est enim, ut dicere solemus, amicus alter ego, & Cic.in Lælio, & diuus Hierony.ad Augustinū sic scribēs, Cum amico quasi cū altero se esse loquendū, & è nostris Bab.consi.3. clementissimi Dei patri nostri,

col. 5. ver. ité adduco iura, lib. 2. & in repe. c. Raynutius, quam Ioanni uocant. de test. & in repet. l. cũ acutissimi, col. 11. ver. & si uerbis daretur audacia. C. de fideicõ. Cui simile est quod Pythagoras effici in amicitia uolebat, ut
12 unus fiat ex pluribus, sicuti tradit Tul. li. 1. offic. † Quid? quòd leges pluris æstimarunt amicitiã, quàm fraternitatem, ut quæ sanxerint magis amicitiæ, atq; cõsortii rõne esse habendã, quàm fraternitatis, ad uetiendã qualitaté rerum à fratre, eodemq; cõmilitone donatarũ ut est tex. not. in d. l. cũ allegas. C. de castré. pecul. lib. 12. ubi si frater ex cõmilitio amicitior factus, fratri cõmilitoni quidpiã donauerit, id in peculio castrensi habendũ est, cõsiderata potius qualitate amicitiæ ex militia auctæ, quã fraternitatis, estq; oĩno similis tex. nisi quòd gñaliter de agnatis loquitur, in l. pe. in prin. ff. eo. tit. quarũ legũ authoritate subnixus Alberi. in. l. sed & hæ personæ. ff. de procu. dicit amicitiam plus habere ponderis, quàm fraternitatem.
13 † Itaq; Salomon ille oĩum sapientissimus pverb. 18. c. in fi. Vir, ait, amicabilis ad societaté magis amicus erit, quàm frater. & Esdras ille propheta, & scriba Hebræus, sermonis ordine palam docuit cedere fraternitaté amicitiæ. cum scribit c. 4. Non meminerunt, cum biberũt, charitatem nec fraternitatem, Homerus ille ingeniorũ fons ubertimus, suum Odysseae lib. 8 ita claudit.

Ἤτις που καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα
Ἐσθλὸς, ἐπεὶ οὐ μέν τοι κασιγνήτοιο χερείων
Γίνεται, ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ,

Quibus significatur amicum, siue sociũ gratum, bonum,
14 & prudentem fratre inferioré non esse. † Ex quibus forsitan plerisq; poterit uideri. quòd sicut frater fratri non inutiliter põt stipulari, quãuis alter alteri stipulari non possit, ut est glo. no. in § 2. instit. de stipul. ser. ita & amicus amico nõ ĩefficaciter stipulari poterit. Quae sentẽtia primò confirmari uidebitur per tex. sing. nõdũ ab aliquo (quẽ uiderim) põderatum in l. si libertus arté. ff. de oper. lib. ubi si patronus fuerit stipulatus operas à liberto, qui arté pantomimi, uel medicinae exerceat, ea stipulatio

&

& ad amicos patroni ext dirur, qbus ludos edētibus, uel ægrotātibus uidetur ipse patronus fuisse stipulatus liber tū. operā gratuitā præbiturum. si ergo ex stipulatione in fauorem amicorum præsumpta, atque coniurata tātum, quis amicis obligatur. multo magis est stipulatione pro amicis expresse facta, & quę reuera interuenit, ne plus ualeat præsumptio in casu præsumpto, quàm ueritas ī casu uero, habeatq; tacitum plus roboris atque uiriū, quā expressum, contra tex. in l. qui ad certum ff. loca. & l. fi-
15 lio. ff. de lib. & posthumis. cum similibus. † Hanc opinionē secundo adiuuat hæc ratio, Si id facit pietas, siue piacā, ut alter alteri possit stipulari, ut certe facit, per gl. in ca. quoties cordis oculus. in uerbo, ex parte. 1. q. 7. per quam dicit Bal. in l. illud, col. 2. uersi. ego addo. C. de sacrosf. ecclesi. quod etiā uerbis directis potest quilibet stipulari piis locis, & causis, & ad hoc facit illā. sing. & post eū Barb. consi. 87. propè est dominus, col. 2. lib. 4. de quo plenius dicemus in priuilegiis piæ causæ, cōsequens est, ut id quoque amicitia efficiat. Sunt. n. amicitia, & pietas quadam cognatione connexæ &, quodammodo fraternizāt cuius rei etsi deessent alia testimonia, illud sanè ad id probandum sufficeret, quòd quemadmodū amicitia diis, & parentibus peculiariter priuatimq; debetur, utpote cū duobus præceptis decalogi, primo, scilicet primæ tabulę, & primo item secundæ tabulæ speciatim præcipiatur, ita & pietas propriè, & ueluti domesticè erga deos, & parentes dicitur, ut perspicuū est omnibus, & probatur. Primū quidē de Deo, per id quod scribit Cicero ī Topicis, æquitatē tripartitā, quòd una ad superos, deos, quæ pietas appellatur, &c. Et qđ ī libris quos scripsit, De natura deorū, in multis locis ostēdit pietatē obseruari, potissimū circa obseruātiā diuini cultus, quod, & diuus Augustinus sæpius scriptū reliquit, & præsertim libris De ciuitate Dei, & ī eo li. qui Enchiridiō scribitur, ubi, & eādē dicit appellari, quæ à Græcis εὐσέβεια, uel certè θεοσέβεια dicitur, quarū utraq; ad religionē, & ad Deū ptinet. Ideoq; Speusippus Platonis discipulus ī ipsius Plat. diffinitionibus

hanc

acquiritur liberatio eius rei, ĩ qua ꝑpter me grauabatur, uerbi gratia, quia pro me fideiusserat, in quo casu loqui tur tex. ibi. Sed utcũq; ea gl. ĩtelligatur, est proculdubio in rõne amicitiæ maiorẽ in modum notãda, atque (quod
18 monent ipsi Bal. & Ang.) menti tenenda.† Sed Ias. ibi illud nõ admittit, dicens hmõi interesse amicitiæ nõ satis esse, ut quis alteri stipulari possit, uel paciſci, ut uoluit glo. not. in. l. fideiussoris, in uerbo, neq; enim, & ibi doct. ff. eod. & uidetur esse tex. in. l. 3. §. sed & si forte. ff. iudic.
19 sol.† Sed & quinto ad supradictam sententiã, quæ admittit stipulationẽ fratris pro fratre, accedit, quod pulchre dicit Bal. cõsi. 431. & quia in accusatione institu a, uersi. quarta ratio, lib. 4. ea quæ fiunt ab amicis nihil ab his distare, quæ nos ipsi facimus. arg. l. cum seruus. ff. de uerb.
20 obl. & l. liberto. ff. de negigest.† Sexto, hanc sententiam fulcit hæc ratio, Ratihabitio sequẽs retrotrahitur, & mãdato æquiparatur. l. ult. ĩ fi. C. ad Maced. Ergo stipulatio non solum amici, sed & potius extranei ab eo ratificata, pro quo fuit interposita, aeque debet prodesse, atq; stipulatio procuratoris, q mandatum ab initio habuit, ut
21 ratihabitio retrotrahatur.† Hæc quidẽ scripsi magis exercendi mei aliorũq; ingenii, quam ut sperarẽ me legum peritis persuasurũ amicũ pro amico posse stipulari, cum nec frater fratri stipulari possit, nisi cũ sunt ĩ eiusdẽ ptãte, ꝑut ẽt intelligit gl. quã citauimus in. §. 1. insti. de stip. ser. eadẽ uidelicet ratiõe, qua pater filio, quem habet in ptãte, stipulari põt, & cõtra filius patri, in cuius est ptãte & seruus domino, ut ẽ tex. ĩ. d. §. 1. & ĩ lege quodcũq; ff. de uerb obl. Quod si filius sit emãcipatus, non põt stipulari patri, per. l. debitor. §. ult. ff. ad trebel. & uoluit Bart. in. l. quod dicitur. § ult. ff. de uerb. obl. & Bal. in. l. executorẽ col. 3. uers. si uero non est præsens. C. de exec. rei iud. ubi reddit rõnẽ, quia patria ptãs, quæ inuenta est ad acquirẽdum, euanuit, subditq; per eãdẽ rõnẽ, idem esse in filio naturali tantũ, ut uidelicet nõ possit patri stipulari. qa in eo cessat patria ptãs, & utrũ sequitur Ias. in d. l. quodcũq;, in princ. & in. d. l. quod dicitur, col. 13. uersi. quinto
quærit.

quærit. Nec è diuerso pater filio emácipato, ut tenuit Petrus Bellutius in d. l. quod dicitur, per tex. in l. si genero, cũ glos. C. de iure dot. & alia quæstã quæ allegat, de quo tñ uide Bal. in l. cũ dos. ff. de pac. dot. Bar. Imol. Raph. Cu. Alex. & Ias. l. quod dicitur, Bar. in. l. stipulatio ista hæc. § si stipulet. in. 8. fal. l. ff. de uerb. obl. Imo. Paul. Ca. Alexã. & Iason. d. l. quodcunq;, §. si quis ita, eod. tit. Nec ẽt mater stipulari filio põt, quod sine dubio est, id attestãtibus Bar. in l. pactũ dotale. C. de pac. couen. & in. l. pater, per illum tex. ergo. Cy. & aliis in. l. 2. C. de præt. stip. Bal. in d. l. executoré, & in l. cum dos. ff. de pac. dot. & l. Caius, & ibi Imol. ff. sol. mat. & nemo hactenus contradixit, licet uideatur tex. in contrariũ in d. l. publia. ff. depot. Nec ẽt in contrariũ filius matri, per. l. inter socerũ. §. cũ pro se. & ibi Bald. ff. de pac. dot. & in l. debitor. §. ea quæ, & ibi not. Alex. ff. ad trebel & not. ẽt glo. in. l. publia. in prin. in uerbo, filio. ff. depo. Cy. in d. l. 2. C. de contrahẽ. & cõmit. stip. & doct. in. l. quod dicitur. ff. de uerb. obl. Nec deniq; maritus uxori, secundũ Raynal. & Alexã. in l. pactum. C. de pact. cum tamen amor coniugum cæteros superare uideatur. ut late diximus in nostris cõmentariis ad l. si unquam, in præfatione, nu. 12. incip. sed ut redeamus. C. de
22 reuo. dona. † Quid si ostenderimus, uel nostrorũ doctor. authoritate, amicitiã superare parentum affectionẽ, qua nullã esse maiorẽ ferũt, ut & late ostẽdimus in uerbo. libertis, nu. 96. incip. nam amicitia, & multis sequi. Sed ut clare id quod proposuimus, liqueat, id primũ scire oportet, esse tex no. l. alimenta. §. 1. ff. de alimẽ. & cib. leg. ubi licet alias appellatione libertorũ nõ ueniãt liberti libertorũ, ut est tex. in. l. pater. §. duobus. ff. de leg. 3. & l. modestinus. ff. de uerb. sig. ueniũt tñ liberti libertorũ, quos ex singulari dilectione testator, qui testõ quidquã libertis suis reliquit, ut suos tractabat. & ex hoc no. Bar. in l. d. §. duobus. q licet appellatione filiorũ, non ueniant filii filiorum, id est nepotes. l. quod si nepotes. ff. de testa. tute. & l. filii, & l. iusta, & l. liberorũ. ff de uerb. sig. fallit tñ in nepotibus, quos testator ob singularẽ amorem, ut filios

nomi-

nominabat. atque tractabat. quod dictum sequitur Alex. ibi in addi. & Rom in repe. l. si uero. §. de uiro. in l. 35 fal. in princ. ff. solu. ma. Ex quo facile colligitur maiore haberi bone affectionis, & dilectionis, quam qualitatis nepotis, 23 nisi & singularis adsit dilectio. † Igitur bium sitil, amicitia nulla ex parte sit necessitudini post habeda, ideo quicquid à iure statuitur inter coniunctos, & necessarios bone affectionis sanguinis, hoc ipsum quoq; obtinet inter amicos, ut not. Panormit. uir omnium opinione iuris peritia clarissimus, in cap. requisisti, col. pe. de testamen. per glo. ibi, in uerbo præsumitur, & in uerbo, nec est. & Alex in l. exigendi, col. 2. uersi. & id quod dicitur, & ibi et Ias. col. 2. & rursum col 5. uersi. contrariã opinionem, C. de procurat. & Barb. in l. sciendum, col. 33. uersi. ego tetigi istũ passum. ff. de uerbo. oblig. ubi facit sing. glo. in d. uerbo, præsumitur, & in cap. cum M. ferra. col 6 uersic, quinimo dico fore de constit. de rescrip. & in cap. coram nonnullis, col. 5. uersi. pro declaratione. de offi. deleg. & in repe. cap Raynal. col. 118. uersicu. 11. limita. de testa. & consil. 75. sapienter scribitur. col. 5. uersic. Item dicit ille, lib. 4. Fely. in d. cap. quoniam abbas, col. 3. uersi. capio illud. ubi & illam glo. dicit singu. & Iason. in l. si res obligata, col 2. uersicu. adde aliud. ff. de lega. 1. & in l. Titia. col. 6. uersi. ultimo circa istam. ff. de uerbo. obliga. & consil. 70. constat ex instrumento, col. ulti. lib. 1. Alciat. in l. latæ §. amicos. ff. de uerbo. signifi. Hippo. Marsil. in repe. rub. ff. de fideiuss. nume. 234. Ioan. Montefert. in 1 pet. l. frater 24 à fratre. co. 6. in 4. not ff. de condic. indeb. † Innititur autem (vt iam diximus) Panor. huius sententiæ princeps in d. c. requisisti, authoritate duarum istarum glossar. & alterius, quam postea designabimus, quæ, & ad hanc rem (de qua tractamus) maxime pertinent, priore quidem in eo ipso cap. requisisti, in uerbo, præsumitur, & in uerbo, nec est, quæ dicit quod sicut relictũ prælato à cõsanguineo, præsumitur contemplatione personæ nõ ecclesiæ relictum, ut ibi est textũ ita, & relictũ ab amico, per text. ad id optimum in cã. quicunque, quod est 2. in prin. cum

dicit

dicit, atq; amicitia. 12. q. 3. quod & ipsum uoluit Inno. in cap. 2. col. 1. in uerbo, disponere, de sepult. & Bal. post Pet. in authen. licentiam col. 1. C. de epis. & cleri. arg. l. si seruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. & in l. si quis seruum, §. inter fiduos. ff. de leg. 2. & l. qui habebat. ff. de reb. dub. &
15 in l. socium qui in eo, §. ult. ff. pro soc. † Altera autē glo. quam citat Pan. in d. c. requisisti, est in cap. 2. in uerbo, expresserit. de testa. lib. 6. quæ dicit, ut ipse Pan. refert, quòd si quis reliquerit executorem testamenti amicum suum, sub nomine dignitatis, videtur non dignitatem, sed amicitiam considerasse, ideo mortuo ipso executore, non trāsit officium in successorem in dignitate, quod & idem uoluit ipse Pan. in c. quoniā abbas. co. 2. uer. sed cōclude sic. de offi. de leg. ubi & ad hoc facit no. gl. ī d. uerbo, expresserit, quæ tamen nullā de amico facit mētionē, sed tātùm
16 de propinquo loquitur. † Stat ergo hmōi conclusio statuta in cōsanguineis, ratiōe affectionis trahi & ad amicos, ex quo & illud manare potest, quòd quemadmodum liberi, nec etiam cæteri capiunt legata ex testamēto minus solenni, l. ult. C. fami. ercis. & l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. utpote cum in huiusmodi testamēto condito à patre inter liberos, semper intelligitur clausula codicillaris, ut uoluit gl. reputata sing. ī l. cohæredi. §. cum filiæ, in uerbo, non ualuit. in fi. & ibi Imo. & recētiores. ff. de uulg. & pup. Raph. Fulgo. in l. filii. C. fami. ercis. ubi pōderat gl. similē ibi, in verbo, ab intestato. & Alex. in l. vlt. in 2. col. C. de codi. & idem Alex. & Iason, qui illā gl. dicūt sing. d. § ex imperfecto. Ita quoq; & amici, veluti liberorū nō absimiles, ex testō itē minus solēni legata capiūtur, ut uoluit gloss. no. in. l. in testamento. ff. de fidei. liber. quā alibi nō reperiri dicit, & sequitur Bal. in l. si iure. C. de testa. manu. cā quoq; sing. dicit Matthes. in no. 41. nota mirabilē, doct. & Barb. cōs. 3. illud referā i medium quod bellissimè scriptum, est col. 3. uers. sic, ita in proposito, lib. item 3. & Iason in l. 1. col. 5. uer. & clarum est. C. de sum. tri. & fid. catho. in lec. Ticinensi, & in l. nō dubiā. col. vlt. ver. ideo tu respōdeas. C. de testa. & ī l. cū

alie-

alienam, col 2. in 3. limitatione. C. de leg. Barb. in repetitione dictae l. cum acutissimi, dict. col. 11. & iterum cõsi. 22. clementissimum Deum oro, uer. 1. dicit in pũcto col. 3. lib. 4. qui posteaquam dixit eam gl. reputari sing. ab omnibus, subiungit similem esse in d. l. si iura. & pro his esse tex. quẽ in d. l. cum acutissimi, scribit a nemine usque ad sua tempora fuisse ponderatum in d. l. cum alienã. Sed (quod pace illius dixerim) illum ipsum tex. ad hoc lõgo ante interuallo allegauit gl. in d. l. in testamẽto, ubi & in eã rẽ multo melior est tex. quẽ & ipsũ ad hoc facit sing. Rom. in repe. d. §. de uiro. ĩ 26. fal. in prin. ff. sol. matri. & cõsi. 179. amplissime doctor. col. pe. uer. ad quod dicendũ
27 moueor. & Mathes. d. not. 41. † Hincq; s. ex eo, quod dicit ea gl. in d. l. testamẽto, assumit Bal. in d. l. si iure. C. de testa manu. quod ardor liciti amoris habet uĩ clausulae codicillaris, quod quidẽ licet non audeat simpliciter affirmare, sed tum demum solum, si libertatis fauor cõcurrat. Tametsi ipse idẽ id sine ullo delectu uoluit per eandem glo. ipse Bal. in sua Margarita, in uerbo, Codicillus, uersi. pen. ubi gl. dicit singul. & Roma. in illis duobus locis nuper citatis. Alex. in d. l. cum alienam, co. 2. & ibi Iason in d. 3. limita. & Barba. in. d. l. cum acutissimi dict. col 11. & in repeti. c. Raynaldus col. 118. uersi. undecimo limita. de test. & in rubri de rescrip. in clemen colum 8. in partis, & in tracta. de praestan. Card. ĩ 3. quaest. 1. partis, col. 1. uersic. & pro tanto dicit. & iterum col. 14. uersic. & quod dixi. & d. consilio 3. co. 5. lib. 4. & cõsi. 77 praeclare scribitur. col. 2. lib. 4. Soci. qui id singu. dicit, an. 58. Ioannes. colu. 3. uersi. accedit, lib. 1. Iason qui ubiq; fere id dicit sing. in d. l. 1. C. de sum tri. & in l. exigendi. in 3. not. uer. 2. facit. C. de procur. & in d. l. nõ dubiũ. C. de testam. & in l. eam quam, col. 6. uersi. 1. fallentia. & iterum co. 9. uersi. circa decimum casum. C. de fideicom. & in l. uerbis ciuilibus, colu. 3. uersicul. 3. casus. ff. de uulga. & pupil. & in l. si mihi & tibi. §. ĩ legatis, co. ult. ff. de lega. 1. & Fely. in c. 1. ad fi. de testib. Catel. Cota in memor. incip. amor licitus, Alcia. in d. l. latae. § amicos. ff. de uer. sig. Pãthal.
Calde.

lecto,cui uidelicet testator sæpe plus afficitur,quã cõiũ-ctis personis,& ibi etiã Pau.Cast loquẽs in familiari dile cto,qui lõgo tẽpore seruiuit testatori,& ibi quoq; Ias.in d.3.limit.& Barb.in c.Raynaldus d.co 11 ubi ad hoc allegat glo.quã dicit ualde sing.in d.l.cũ alienã,quãuis gl. ibi nihil dicat,sed credo quod uoluerit allegare tex.ĩ d l. cũ alienã,qui optime ad hoc facit in illis uerbis,Vel aliæ

30 personæ † Ad quod facit quod supra diximus,pietatẽ,& amicitiã ueluti frater nifare,nã ualet legatum rei alienæ ignoranter factũ piæ causæ, ut singul.uoluit Rom.consi. 235.quo ad primũ,col.2.uer.ult.uidẽdũ per tex.in l.paulus,ff.de fideicommiss.liber ubi fauore libertas ualet legatũ,etiã si testator ignorauerit seruũ,cui libertatẽ reliquit,esse alterius,putans esse suum,ualet aut argumentũ à relicto libertatis,ad relictũ ad pias causas,ut asserit Bal. in l.proxime,ad fi.ff.de his, quæ in testa.delen. & in l Ti tio usufructus. § ulti ff. de condit & demõst.de qua re di

32 cã latius in priuilegiis piæ causæ.† Facit præterea,quod sing.dicit Bal.in l.1.col.12.uers quid de singulari amico. C.qui accusa.non poss.quod singulares amici ueniunt ap pellatione suorum.Nã amicus amico dicit,Tuus sum in omnibus,& me tuũ esse recognosco, ut dicit glo in l.coloni, uerbo,& cuius ipsi sunt C in quib. cau.li.11. quod dictũ bal.pro sing.commendat Firmi.in suo Repertorio, in uerbo,suitas.uersi.32.& Catel.in d.memo.incip.amor licitus,& iterum in alio memor.incip.suorum appellatio ne.Et idem quoq; uoluit per illam gl.in d l.coloni barb. in d.l.cũ acutissimi d col 11.ubi dicit ea glo.esse scribendã literis aureis,tacito tamen noie Bal Et rursum,co.41. uersi.ego superius,ubi facit illè glo.singu.& iterum,col. 49.uer.& ẽt tunc erit,ubi allegat bal in d.l.1.& hoc dicit probari per tex.in l hac consultissima,§ si quis autẽ, iuncta d.gl.in d.l.in testamento.C.de testamen. Et idẽ Barba.in d.l.sciendum,col.41.uersi. secundò partes eligunt, ff.de uerbo.oblig.& in d.c.Raynaldus,ubi supra, & in d. con.77 col.2.li. .in quibus tribus locis illã glo.pro sing allegat.suppresso etiam noie Bal.& idẽ Barb.d.consi.22.

col.3.uersic.primò dicitur,lib.4.ubi dicit illam reputari sing.& Fely.ad hoc allegans d.gl.nulla quoq; Bal. facta mētione in d.c.quoniā abbas,col.2.de offi.deleg. & in c.
33 cum dilectus, ad fi.de accusat. † Non omitto tamē quo Bal.in d.l.1 nu.33.C.qui accus.non poss.dicit, quod illa gl.abusiue loquitur, nec aliquo iure probatur, & Roma in repe.d.§.de uiro.i 26.fal.dicit,quod loquitur referendo cōmunem loquendi consuetudinem, & Bar.d.consil. 3 col 6.uersi.& sic existis, & iterū col.11. uers.nec obst. si quispiā, lib.2, dicit illam gl.quā posteriore loco facit sing.loqui secundū morem laicorū & uulgariū. Nam secundū iuris dispositionem non ueniunt amici appellatione suorum.secundū glo.quam etiā in d.col.11.dicit sing. & meliorē de iure, in l.si foemina.C. ad Turpi.ubi tamē gloss.nihil omnino de amico loquitur. Sed,& quod id lege non probatur, asserit Ioā.Ana.in cap.cū dilectus, col ulti.de accu post Bald in d.l.1.ob idq; subobscurè negat. uterque amicum posse accusare pro iniuria illata amico.
34 † Huc quoq; spectat, quod ex multorū snia, sicut coniūctus pro coniuncto admittitur ad agendum sine mandato,cum cautione rati,ut sunt iura uulgata,ita etiam amicus pro amico. Ita uoluit Specu.cuius uel unius authoritas apud oēs quam multorū pluris semper ualuit,titu.de aduo.§.obiicitur, uersi.est, & quartus ordo.Io.And. Ant.Pā.qui tamē nutat ī c.vlt.de postul. Gul.cū.cy.in addi Bal.Raph Fulg.& Pau.Cast.in l.sed,& hæ.de procu & Fely.ī c.cū feria.col.7.uers.nota semper.de consti Pe. Cy.& Io.Faa.in l.inultus.& in l.exigendi,& ibi ēt Saly. Ias.C.de proc.& in l.mādatū.C.manda. Bar.in l.non solum.§.qui alieno.uersi.ita intelligunt.ff de procu.Bal.ī l.maritus,post prin.C.eo. Fulgo.in l.tutori.C. de nego. gest.ubi dicit illū tex.qui uidetur innuere cōtrarium,intelligi de amico leui amicitia cōiūcto,Pet.Anc.ī cle.1.de proc.Pan cōsi.7.tria.circa primū dub.co.3.uersi.si enim, quisquis agēs,l.2.Alex.in d.l.cū alienā,col.2.C.de lega. Barb.in d.l.cū acutissimi,col.11.& cōs.60.illud in mediā afferā,col.8.uers.præterea facit,lib.3.& Soci.(si is est)in

tractatu

tractatu falletiarũ, regula 2 9. quæ incipit, lex genera liter loquẽs uersi. fallit rũne amicitiæ, & cõs. 263 capio primum, col. 6. uei si. sed ad ista respondeo, dum allegat not in d. § qui alieno, & in d. l. exigendi, & Philip. Corn. cõsi. 71 primus cõsultationis articulus, col. pe. uers. hinc uidemũs, lib. 1 & Ias. in d. l. Titia, in pri. col. 5, uers. ulti,
35 circa istam, ff. de uerbo obligatio. Alcia. in l. latæ, § amicos ff. de uerbo. signi. † Et ad hoc optime facit huiusmodi ratio, Non põt uiri alia ratione statutum ut coniunctus pro coniuncto possit agere sine mandato, quam propter affectionem, ex qua tacita uolũtas absentis coniũcti arguitur, quia contra ipsius uoluntatem nõ admitteretur coniunctus, ut est tex. expressus in l. Pomponius §. ulti. ff. de proc. & ita expresse hanc solam huiusce rei rationem esse dicit Pan. in c. nõnulli §. sunt, & alii, col. 5. uers. & ulterius ẽt suaderi posset, de consti. ubi, & eadẽ rõne tenet cõtra cõem opi, admitti concanonicum pro concanonico, cum ratio admittendi coniunctum militet in cõcananico. Qua ẽt rõne possumus intrepide asserere amicum pro amico admittẽdum, cũ maior sit affectio inter amicos quam cõiunctos, potiusq; illis nostra negotia cõmittimus, quam istis, ut satis dictum est, & postea itẽ di
36 cemus. † Sunt tamen plerique non contemnendæ authoritatis uiri, qui multis magnisq; rõnibus, & argumentis contrarium tenuerũt, quos si quis scire uelit, legat Pan. in d. c. ulti col. 3. uers. aduerte, de postul. qui licet teneat hanc partẽ, dicit tamẽ quod forte cõtrarium teneretur. legat inquam Alex. in repe. l. sæpe, col. 33. uersi. secundo põt saluari dictũ Inno. ff. de re iud. & in sua addi ad Bar. in d. §. quia alieno. Sed omnibus eorũ argumentis, & rõnibus respõdet Iasõ in d. lex igẽdi, ut ibi uidere poteris.
37 Verum, primam sñiam non minimũ comprobat glos. in cap. quam sit, in uerbo, petere, uersi, sed pone, de elec. lib. 6. quæ hic sumpta occasione, quod tex. ibi statuit, ut electus infra tres menses post cõsensum electioni præstitum cõfirmationem petat, alioquin electio eo ipso uires amittat, Quærit, an sit satis, ut electi amicus eius nomine

hanc confirmationem petat sine mandato? & cõcludit sa tis esse, modo electus ratũ habeat infra illos tres mẽses,
38 & illã gl. sequitur Domi. ibi. † nec hîc quidẽ lõge abest, quod dicit Pan. in c. dura, col. 2. uer. idẽ in literis. de cri mi. fal. quod amicus pro amico põt sine mãdato impetra re literas ad beneficia, ut dicit not. per gl. i c. ad aures, & cap. non nulli, de rescrip. id quod ẽt dicit Barb. nulla Pa nor. facta mentione in d. c. Raynaldus. quo loco supra ci tauimus, & d consil. 3. col. 11. uersi. nec obstat si quis ad duceret, li. 2. & cõsi. 54. à Ioue principiũ, col. 5. uersi. er go nullo modo, lib. 4 & vbiq; ad hoc allegat dd. gl. quas in primis locis dicit sing. nec alibi in cẽsura canonica re periri. Veruntamẽ ille gl. nihil de amico loquũtur, imo dicunt unũquemq; sine delectu posse pro alio sine man dato rescriptum ad beneficia obtinenda non ẽt ad lites impetrare. & quod de amico dictũ est, longe latęq; exa minat ipse Barba. in d. rub. de rescrip. in cle col. 8. & seq.
39 † His quoque accomodari potest, quod uoluit Host. & post eum Io. And. & Anto. in d. ca. ult. de postul. quod queadmodum sacerdos, alioquin prohibitus postulare, potest tamen pro coniunctis personis, si necessitas im mineat, ut est ibi tex. ita ẽt potest pro amico intimo fra
40 terna charitate dilecto. † Cui accedit quod tradit In noc. in cap. cum i. & 2. de re iud quod religiosus potest esse procurator pro amico monasterii, etiam laico, sicu ti, & pro monasterio, etiam sine consensu abbatis. sequi tur Ant. in cle. & si principalis, & ibi Barba. colum. 12. uersi. an autem possit esse arbiter, de rescrip. ubi per hoc dicit quod religiosus põt esse arbiter inter amicos mo nasterii, sicuti ubi uersatur utilitas ipsius monasterii, & idem Anto. in c. [illegible] col. vlt. de synd & in ca. peruenit, i 1. not. qui fil. sunt legit. Ro. sing. 276. monachus non põt, ubi hoc dicit sing. cum aliis concord. adductis per Fely. in d. cap. cum 1. & 2. col. antepe. uersic. casus in quibus.
41 † Adiuuat quoq; hãc opi. hmõi ratio. Nã quis sine mã dato, potest agere ad implementum eorum, quæ ad pias causas disponũtur, ut est tex. in §. fin aũt qui hoc facere,
in

in authē.de eccl.tit.Spec.ti.de instru.edi.§ nūc uero ali qua uer.sed nonne quilibet de populo.& post illū Rom. qui illum tex.dicit sing.cōsi.69.uiso.quæstionibus ī the mate,col.1.uersi.secūdo principaliter, & expressius cōsi. 428.in terminis propositæ cōsultationis.col.3.uer.3.ad idem.& alibi forte latius dicemus. Ac iā supra demōstra tum satis est,amicitiam,& piam causam æquo iure ince dere.Igitur,& hoc quoq; in amicitia, ut ī pia causa obti
74 †Ad tertiū de legibus Platonis, fateor equidē Platonē summū fuisse philosophū. & summæ prudētiæ & authoritatis uirū, ut etiā attestatur. Iurisconsultus in l. 2. ff. de nundi. sed hominē fuisse, qui errare potuit. Imo uero re ipsa ī plerisq; errauit, si eius discipulo Aristoteli, si oībus ferme credimus nemo mortaliū oībus horis sapit, ut eleganter atq; grauiter scribit Pli. li. 7. Naturalis Historiæ c. 15. Et qui sapiētes existimati sunt, multa scisse dicūtur, nō oīa, ut dicit Iunius Columel. in fi. sui operis. Neq; ipsi Cicer. Demosthenes qui omniū oratorū fuisse perfectissimus dicitur, satis perfectus esse uidetur, quē dormitare interdum, atq; ēt Homerū ipsū eloquētiæ parētē dicit Fab. Quintil. lib. 10. c. 1. & iterum lib. 12. c. quoque 1. Hinc illud Horatii.

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Citat gl. in §. quanuis 32. q. septima, & Specul. tit. de aduoc. §. iam nunc uidendum, uersi. ex præmissis. Et Crates

Theba-

Thebanus,de quo in c. Crates.12.qō.2 dicebat possibi-
le nō esse inueniri qui lapsus nō sit,ueluti in malo puni
co granū etiā aliquod putidū est.Nemo ergo est(ut con
cludam)adeo absolutus.consummatus,perfectus,ut non
alicubi erret suiq; aliquādo dissimilis appareat. t sane
Plato hic lapsus est,eumq; non immerito in ea re repre-
bendit Eusebius cæsariensis multiiugae eruditionis uir.
13.Euangelicæ Praeparationis c.itē 13.quod morte nō
indicantem furtum crudelissime puniri praecepit,cū eos
qui furta ipsa & homicidia commiserint uiuere patiatūs
65 Et ita quoq; reprehendi po-est,ut ad quartū pergamus,
Alex.Ales,qui peccatum silentii opinatus est locutionis
peccato esse grauius,ut uel lippientibus,& caecis cerne
re licet,ex his quae supra dicta sunt atq; ēt ipsius Alex.
testimonio,qui alibi semper sensit omissionem quā com
missionem esse multo leuiorē, ut supra ostēdimus. Quā
quam non negauerim posse eē casum,uel speciē,in qua-
plus peccet tacens,quam loquens,habita ratione perso-
66 narum,loci,& temporis,&c.† Ad quintum de necante,
& alimoniam denegante,dicendum est, illud quod non
probare paria omnino esse delicta,& aequaliter punien
da,necare & alimoniam denegare,sed illud solum utrun
que esse homicidam.& qui interemit,& qui alimoniam
denegat.At cōstat inter homicida aliud alio esse grauī
us;ut est tex.in l.1.§ diuus.& §.ul.cū simi lib.ff.ad leg.
Corn.de sicar.Ergo si quis alimoniā denegat,ob idq; ne
care dicatur,non preterea sequitur,eū tā grauiter pecca
re,quā qui reuera occidit sunt.n.& in eodē genere pec
cati gradus quidā,ut ēt licet uidere in simili.Sunt.n.plu
res causae,propter quas pater pōt exhaeredare filiū, &
dominus uasallū fe do priuare,& qui donauit,donationē
reuocare.quae quidē causae quātū ad illū finē pertinet,
pares iudicātur,sunt tamē aliae aliis grauiores, ut mani
festius ē quam ut alia probatione indigeat. Sed & quod
in nostro casu non sit tā graue delictū denegare alimoni
am,quam necare,ex eo uidere licet,quod illud irregula
ritatem non induci, hoc semper inducit,ut scribit Card.
in cle.1.in 34.quaestio.de homi. 60 Ad

ego in cõtrarium est ius cõe. Itẽ & hac ratione, quòd vt alium iuuem possum pecuniã accipere. l. metum. §. sed licet, ff. quod met. cau. & l. si põt §. ulti. ff. de donat. quod vtique facere non possem si alias iuuare tenerer, l. pe. & ult. ff. de condic. ob caus. Denique de hoc est glo. in lege, culpa caret, ff. de regu. iur. vbi & ad hoc latè per Philip. Dec. & per Dy. in regula, nõ est sine culpa, & per doc. in c. 1. de offi. deleg. & in cap. quantæ. de senten. excom. & recentiores in l. ut uim, ff. de iusti. & iur. Quanquam legibus Platonicis grauiter quidem punitur, qui cùm prohibere potest ne alter alterum pulset, aut interimat, nõ prohibet, cũ plurib. in locis, tum maximè ad fi. libr. de legib.

71 † Ad nonum de supprimere uerum, illud item dici potest quod in 5. & seq. dictũ est, ut uidelicet quãuis falsum cõmittere uideatur, & de falso puniatur, qui verum suppressit, ut qui falsum deposuit, non tamen inde sequitur, ut æqualiter peccet, & puniatur. Sicut enim in falso, ut in cæteris delictis gradus atrocitatis sunt, aliudq; alio grauius est, & leuius. Nec omne falsum punitur, ut falsum, sed tantum illud falsum, quod lex Cornelia de falsis, uel alia ponit sub titulo falsi criminis, l. quid si falsum, ff. ad l. Cor. de fals. vt per illũ tex. uoluit Bal. in l. data, col. 6. uersic. & not. quòd quandoque, C. qui accusa. non poss.

72 † Et in hac specie exploratum est plus esse mẽtiri, quàm verũ tacere, ut nominatim scribit Inno. in c. si proponente. de rescrip. ar. c. postulasti. eo tit. & Ang. in l. qui interrogatus, in prin. ff. de peti. hære. & Franc. Are. in l. si quis extraneus, in prin. ff. de acqui. hære. Et hoc etiam apertè comprobatur ex his quæ diximus supra, nu. incip. consimile est cũ multis seq. Propterea diuus Augu. lib. Cõtra mẽdaciũ, Nõ est, ait, hoc occultare ueritatẽ, quod proferre mẽdaciũ, & è Theologorum sñia, tacere ueritatem nõ semper est peccatum, quinimo interdum licet nunquã tamẽ licet falsum dicere, ut per diuum Tho. 2. 2. q. 69. art. 2.

73 † Ad decimum, undecimũ, & duodecimũ de eo qui nõ facit quod debet, & de medico qui omittit dare medicinas, propitias & de eo quoque qui iussa non facit, in prõptu

responsio est ex illis ipsius quæ dicta sunt d.uer.5.& seq.
74 & idem quoq; dici potest de 14.& 15.† Ad ultimũ uero, quò Bar.& Ias.adduximus illius sñiæ assertores, non necesse est respondere, cùm constet Bar. si illud ita scripserit, & Iaso.in hac re lapsos esse quanquã Bar. non id mihi scripsisse uidetur, ut satis ostendi supra nu.incip. & sic ex supradictis Sed uereor ne in re tã aperta longius euagati simus. Illud tantum dixerimus, futuros fortasse plurimos, quibus hoc primũ, & quadragesimũ caput non conuenire huic loco uidebitur, in quo de causis minuendæ poenæ à iure, aut consuetudine statutæ disseremus, non ẽt de criminum peccatorumq; discrimine. Quibus illud statim respondebo, posse & hoc caput multis casibus, quos sciẽs prudensq; prætereo, ne sim longior, instituto negotio cõgruere, si recte animaduerterimus. Sed quocunque se res modo habeat, non hoc duxi silentio prætereundũ. Sed ad alia pergamus.

CAVSA QVADRAGESIMA QVINTA.

SVMMAE.

1 *Iudex num dispensare possit cum eo, qui pœnam non capitalem iure uel consuetudine statutam uerisimiliter meritus est. nu.2*

1 QVADRAGESIMOQVINTO, Cũ propter poenã non capitalem à iure, uel consuetudine statutam, & determinatam, delinquẽs ipse uerisimiliter moreretur, si ea poena puniretur, iudex potest cum eo dispensare, & mitiorem poenam imponere ne moriatur, per id quod eleganter uoluit Bald.in l.quicunque, col.4.uer.si.4. casu, c. de ser.fugi. quòd si statutum sanciat puniendum manus amputatiõe qui aliquid fecerit, & is qui tale huiusmodi commisit, sit ita iuuenis, senex, uel debilis, ut moreretur si ei manus amputaretur, potest iudex si uelit, illi mitiorem poenam infligere, non tamen cogitur, nec propterea potest appellari, arg.l.qui posthumus. in fi. in ratione, ff. de Senatuscon.Sylla.

2 Quod

2 † Quod dictum sequitur Alex. ibi, i addi ipsius, & et i l. 1. C. si aduer. delic. in addi. ad ipsum Bal & Ang. Are. i tra. malefi. in uerbo, quas si nō uoluerit infra decem dies, co. 3. vers. & aduertas quod in. & Gaspard. Valast. in repe. l. imperium, col. 49. versi. & est notandum, quod quando tortura, ff. de iurisd om. iudi. ubi hoc dictum sing. dicit.

CAVSA QVADRAGESIMASEXTA.

SVMMAE.

1 *Scandalum facit, ut aut remittatur pœna, uel certe minuatur. Limit. nu. 4.*
2 *Punitur interdum quis propter scandalum, alias non puniendus.*
3 *Propter scandalum multa fiunt contra ius commune.*

1 QVADRAGESIMOSEXTO, propter scaudalum minuitur, aut oīno remittitur poena delinquenti, puta cum interuenit clamor, aut tumultus popularis tex. in l. qui caeden. ff. ad leg. Corn. de sica. & ita dicit per illū tex. gl. in c. si ergo, in verbo. clamoribus, 8. q. 1. & est ēt tex. ī c. unusquisque, & ibi glo. 22. q. 3. & in hac sñiam dicit gl. ī c. si quis ordinatus, in glo. ulti. 92. dist. ꝙ alias excoīcandus excōicari non debet, si scandalum timeatur, glo. not. in c. lator. in uerb. reddere. 2. q. 7. quod propter scandalū receditur a poena. l. si quis in tantam. C. unde ui. Et Inn. in c. 1. de cler. coniug. quod propter scādalum toleratur clericus priuandus. Et Diuus Thomas secunda 2. q. 8. arti. 1. in fi. quod psinceps non punitur. ubi timet de scandalo. allegat gl. super illud Matthæi 13. Sinite crescere urticas, ne forte eradicetis & triticū ubi ex hoc dicit ꝙ princeps propter scandalum non punitur, nisi forte peccatū illius maius esset, quam scandalum. Et faciūt ad hoc quæ
2 dicam infra cap. seq. versi. intellige sexto. † Sed non hoc mirum uideri debet, quoniā propter scandalum interdū puntur non alias puniēdus, ut dicit Bal. in l. 1. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdic. per text. in l. qui caedit. ff. de sicar. Sed certe non id uerum est, quia ut dicunt Dyn.

& Bart. in d. l. qui cædem. nunquam occiditur, qui nō delinquit. propter tumultum popularē, per text. in l. decurionum. C. de poe. ubi gl. ex hoc infert Pilatū male Christum cōdemnasse, bene autem poena acceleratur, ut est text. in d. l. qui caedem. secundum eos, & ita etiam intel-
3 lexit Ro. sing. 573. licet iudex. † Sed alias propter scandalum multa fiunt contra ius commune. de quibus late per Ro. in repet. l. si vero. §. de viro. in 7. f. l. ff. sol. matrim. & Barb. cōsi. 11. scripsit bellissime. col 8. ver. & ad hoc accedat, lib. 1. & consi. 20. illud afferā in medium. col. 13 ver. & sic oriretur. eo. lib 2. & latissime per Fely. in c. 2. de rescri. & Phili. Deci. consi. 151. diuino implorato præsidio,
4 maximi ponderis est col. 3. † Sed tamen illud animaduerte, quod cōtra illud quod supra diximus propter scandalum poenā remitti, uidetur eē tex. apertus in d. l. decurionū. in illis uerbis, obnoxum crimine absolui. cui difficillimum est respōdere, nisi dixeris illū tex. loqui de uocibus populi citra scandalū. Sed certe illū tex. omnes intelligūt in scādalo, ad idq; allegant, ut propter scādalū populi nō sit innocēs puniēdus, sed an recte intelligāt, alii uiderīt.

CAVSA QVADRAGESIMAPRIMA.

SVMMAE.

1 *Multitudo ubi deliquit, mitius de pœna statuendum. Et quomodo id accipiendum, nu. 7. 10. 13. et 14.*
2 *Multitudo quādo punitur, pœna corpalis ī pecuniariā comutatur.*
3 *Multitudo facit, ut opem, auxilium, consiliumue præstante, non eadem pœna puniantur ac principalis.*
4 *Romanorum decretum, quando peccabat multitudo, atque etiam in disciplina militari.*
5 *Venia opus, ubi totus exercitus desæuit.*
6 *Platonis consilium, ubi cōtingit plures ex ciuitate, priuato cōsilio, sineq; cōmuni authoritate, aut pacem inire, aut bellum mouere.*
8 *Multitudo ubi deliquit, quomodo in pœnis procedendum.*
9 *Athenienses Mitylenensium authores, tantum qui à se defecerant, morte mulctant, cæteris parcunt.*

11 *Mul-*

11 *Multitudo delinquentium excusatur à pœna temporali, non autem à crimine.*
12 *Multitudo peccantium, errori non patrocinatur, Hieronimo.*
15 *Multitudo peccantium nihil facit adminutionem pœnæ, in religiosis personis.*

1 QVADRAGESIMOSEPTIMO, Cum multitudo deliquit, milius quoq; agendum est. Nam cum nõ huius aut illius periculum. sed multorum strages iacet, detrahendum est aliquid seueritati, ut scribitur in c. constitueretur. in fi. 50. di. c. ordinationes. in fi. & c. ipsa pietas. ante fi. & c. non potest, & igi glo. & c. quisque. 23. q. 4. & bene facit c. denique. & ibi glo. 4. di. & cap. comessationes 44. di. vlt. ubi magis monendo, quam minando, agendum cum multitudine peccantium, seueritas autem exercenda in peccata paucorum. & c. quotiens à populis 1. q. 7. & c. sane de tempo. ordi. ubi citat eum vulgarē uersum,

Ob populum multum crimen pertransit inultum.

Et tex. in c. vlt. de trāsac. & c. latores. & ibi gl. de cle. exc. vel depo. mi. & ita etiā uoluit gl. iuris. ciuilis in l. aut facta. §. vlt. ff. de poe. per tex. in l. pen. ff. de sicar. quae tamē nihil facit. & Angel. in illa ipsa l. pe. & in l. is qui opē. ff.
2 de ser. fugi. cum infinitis similibus. † Propterea dicit Inno. in c. dilectus, huius initii 2. ad fi. de simo. & clarius in c. grauē. circa mediū. de sentē. excom. quod poena corporalis, cū multitudo punitur, in pecuniariā cōmutāda est. de quo late per Bar. in d. l. aut facta. §. vl. ff. de poe. & per Lucam Pen. in l. siue. col. 3. ver. alii dicunt & multis seq. C. de exac. & exec. lib. 12. & Pan. in d. c. dilectus de simo.
3 † Ex hoc quoq; Imo. ī c. 1. co. 4. ver. his aūt de offi. deleg. per tex. in d. c. latores, limitat id quod dicitur, præstātem opem, vel auxilium æque puniendum, ac principalem, ut procedat, nisi esset magna multitudo opē præstantiū quę uidetur sequi, cū illum allegat, Aug. Ari. ī addi. Ang. Are. in tra. mal. in uerbo, dicto maleficio semper astitit. col. 2. & sequitur etiā pro no. Hippo. Marsi. in l. si in rixa. co. 8. ver. vlterius adde. ff. de sica. Ang. in l. is qui opē. ff. de fur.

His autem conuenit, quod scribit parens linguæ Latinæ
4 Tullius in ea oratione, quæ à nostro Iuriscõsulto citatur in l. Cic. ff. de poe. uidelicet pro Aulo Cluentio habita, Statuerũt, inquit, maiores nostri, vt si à multis esset flagitiũ rei militaris admissum, sortitione in quosdã animaduerteretur, ut metus uidelicet ad oẽs, pœna ad paucos perueniret. Id quod cõprobat quod scribit Liuius 1. Deca. li. 2. Appius, inquit, Claudius Cõsul, Cẽturiones, Duplicariosq; qui reliquerãt ordines, uirgis cæsos, securi percussit. Cætera multitudo sorte decimus quisq; ad suppliciũ lecti. De quo ẽt Dionysius halicarnasseus lib. 9 & Iulius Frontinus lib. 4. stratagematõn, c. 1. & eãdẽ quoq; decimatione fecit M. Crassus apud Appianum, lib. 1. bellorum ciuiliũ, & Plutarchũ ĩ uita ipsius Crassi, ubi tradit hũc morẽ Romanorũ peruetustum fuisse, qui minorem dãnũ ignominiam continet, plurimumq; aspicientibus horrorem iniicit. Et Iulius Cæsar non semel apud eundem Appianũ li. 2. eiusdẽ operis, & Augustus apud illũ ipsum Illyrico, & Antonius apud eundẽ in Parthico, & Plutarchũ in uita ipsius Antonii, & Frontinũ quo loco supra citauimus, ubi alios quoq; memorat qui idẽ fecerũt. L. Appianus apud Cornelium Tacitum lib 3 At Scipio ex principibus factiõis, qui ĩ obsidione urbis, cui Loces nomẽ erat parere illi recusarẽt, cũ eos ĩ mediũ sortitus esset, tres dũtaxat mali authores supplicio affecit, ut tradit Appianus
5 in Lybico. † Stoicorũ Romanorũ princeps Anneus Sene. li. 2. De ira, In singulos, ĩquit, seueritas ĩperatoris distinguitur, at necessaria uenia est, ubi totus desæuit exercitus. Plutarchus in Scipione Aphricano scribit, q̃ Scipiõe ipso ægrotãte, cũ esset orta ĩter milites magna seditio, rẽ ipsam Scipio ad cõsiliũ retulit, cuius maior pars in eos à quibus initiũ tumultus ortũ erat, animaduertẽdũ, & reliquis ignoscẽdũ cẽsuit. Sic. n. fieri posse, ut pœna ad paucos exẽplũ ad multos perueniret. Idẽ ĩ Crasso author est, Crassũ ipsum dũ bellũ aduersus Spartacũ gereret, ex his qui fugã ceperãt, quingẽtos fugæ authores in quinquaginta decurias fuisse partitũ, ĩdq; ex earũ qualibet unũ sorte delegisse,

legisse, quē in totius exercitus oculis ultimo affecit supplicio, peruetustum sane (ut ille subdit) Romanorum puniendi morē reuocās. Apud Aegesippū li.5.c.5. Titus Imperator dicit animaduersionem in singulos usq; ad factū promoueri debere, in multitudinē uerbotenus, nam usq; ad poenam istam, usq; ad correptionem. Quod & idē retulit Iosephus lib.6 de bello Iudaico c.4. inquiēs, Nāq; unius hominis animaduersionē usq; ad factū promouendam putabat, multitudinis vero vsq; ad veniā. Idē Aegesippus eo. lib.5.c.25. Impediuit hoc, ait, uidictae seueritatē, quia innumeri reperti sūt tāto furori obnoxii. ideoque Titus qui uallare circunfuso exercitu Syros & Arabes proposuerat, cōtēplatione multitudinis reuocauit sētētiā. cuius etiā rei meminit Iosephus lib. quē supra citauimus. c.18. Sed & Vegetius de re militari idem tradit.
6 † Plato ille Philosophiæ & legū peritissimus, a quo maxima pars legū Graecanicarū manauit. unde & nos ex maxima etiā parte deriuarunt, si Liuius lib.3. & Pōponius noster in l.2.ff. de orig. iur. uerū scripserūt, Plato (inquā) li.vi. de Legibus, Si plures, ait, ex ciuitate, ꝑ cōsilio fine authorite cōmuni pacē inuerint, aut bellum mouerint, huius rei authores tātū morte puniri iussit, nulla aliorū
7 mētione facta, tāquā impune id sint laturi. † Id tū multifariā intelligendum est. Primum videlicet ut procedat nisi ipsa multitudo uellet delictum, quasi ex authoritate defendere, quo casu non esset ipsi multitudini quoquo modo parcēdū, c. 1. ante fi. & ibi gl. in uerbo, recidēda, de poen. dist.6. & etiā uoluit gl. i d.c. quoties. Et ut alibi scribitus, seuerius plectēdus est, qui sua nititur crimina authoritate defēdere c. plurimos. & c. quia aliquāti. 82. dist. & c praeditor. 16.q.i. & c. iter dilectos. de exces. præl. ubi dicit ita uoluisse Inn. i c. nin cū pridē. col. pe in gl. disti
8 guēdi de renūt. † Intellige secūdo, ut si seueritas detrahēda a multitudine, delīquētiū nō aūt a præcipuis, primisq; facinoris authoribus, qui debēt puniri, pro suo ipsorū delicto, & aliorū, ut cæteri metu detterreatur. l. quoniā. c. ad leg. Iul. de ui pub. & in d.l. fine uersi. prioribus eius militiæ,

tiæ, C. de exac. & execu lib. 12. & ibi not. Luc. Pen. col. 2. in fi. uersi. & no ex hac lege, ubi late prosequitur, & comprobat (ibi uide alios) & d. l. latores. de cle. excõ. mini ubi & hoc not. Pan. in 3. not. & ita uoluit per illũ tex. Inn. in d. c. sanè de tẽpor. ord. & Pan. in c. clericos per tex. ibi. de cohab. cler. & muli. & Bal. in sua Margarita, in uerbo, multitudo. & cõ. 367. uenerabilis in Christo pater, col. 2.
9 li. 3. † Apud Thucydidem libro belli Peloponẽsiaci 3. Cũ Mitylenei aliquãdo ab Athenienſi. defecissent, præcipuos defectionis authores tãtum Atheniẽses morte mulctarũ, in cæteros nihil est animaduersum. Arrianus itẽ lib. 7. de gestis Alexãdri, scriptũ reliquit, quò cum Macedones aliquãdo seditionẽ fecissent se se militiæ sacramẽto absolui petẽtes, Ale. seditionis tãtum authores numero tredecĩ, aliis impunitis, interfici iussit. quod & Curtius li. 9. memoriæ prodidit. Liuius quoque 4. decad. li. 3. scribit M. Acilium prætorem oppressa cõiuratione seruorum, quæ infestam Hetruriã fecerat, principes cõiurationis crucibus affixisse, alios dominis restituisse. Et iterum eiusdem decad. li. 8. recẽset, quòd cũ militum magna multitudo au thoribus Albio Galeno, & Atrio Vmbro seditionem fecissent, eos Scipio longa, & eleganti oratione coercuit, quã his uerbis tãtundem cõclusis. Itaq; quod ad uos uniuersos attinet, si erroris poenitet, satis superq; poenarũ habeo. Albius Galenus, & Atrius Vmber, & cæteri nefariæ seditionis authores sanguine lucent, quod admiserũt uobis, supplici eorum spectaculum, non modo non acerbum, sed laetum etiã, si sanã mẽtis rediit, debet esse. Et id quoque uidere est ex aliis quæ scripsimus suprà, num. 4.
10 † Intellige tertiò procedere in his casibus in quibus habet locũ dispensationis remediũ, alioquin si locũ habere non possit, non est aliquid à seueritate canonica detrahẽdum, propter multitudinem, ut putà in matrimonio, secũdum tex. in. c. ex parte. de trãsac. & ità per illũ tex. dicit gl. in d. c. comessatiões 44. di. & sequitur Feli. in c. dilecte in Christo col. 5. uer. quod aũt de excõicatiõe de except.
11 † Intellige quarto eo modo, quo suprà de consuetudine

iniqua

iniqua diximus ca. 42. ut uidelicet multitudo delinquen
tiũ excusetur a poena tẽporali,nõ tamẽ a crimine,& poe
na diuini iudicii,ut scribit uir iuris diuini,& canonici pe
ritissimus Ant.Flor.in 2.parte.3.partis principalis, ti.30
c.1.Pro quo tex.est elegãs ĩ c.multi.in fi.2.q.2. cum dici
tur.Nec gaudeãt,quia plures inueniãt sibi similes.Nam
propterea nõ minus ardebunt, quia cũ multis ardebunt,
& d.c.flagitia,ĩ illis uerbis,Quæ si gẽtes oẽs facerent,eo
dem crĩs reatu tenerentur,idq;not.gl.quòd rõne multi-
12 tudinis non excusetur quis à culpa.† Hinc illud Hiero.
ad Ausinum.Peccãtium multitudo nõ parit errori patro-
cinium, & ad Occeanum,Sic unũ tuere,ut plures accusa
re uidearis,& quẽ rõne nõ possis,societate peccãtium de
fendas.Et alibi scribens in quẽdã iuuenem qui uirginem
corruperat,Nec tibi, ait,de multitudine peccãtium blan
diaris,& dicas,Hoc solus,non egi, multos habeo socios.
Sed recogita quòd multitudo sociorum impunitatẽ nõ fa
cit criminũ,& in Sodoma,& Gomorrha, & in totis quin
que ciuitatibus innumerabiles utique habitabãt. Sed ec
ce oẽs pariter qui libidinose corpora sua tractauerunt,i-
bribus igneis cõflagrati sunt. Solus aũt Loth de illo ine
uitabili incẽdio effugit,quia ab illa turpitudine se præsti
13 terat alienum.† Intellige quinto hoc nõ procedere ĩ ma
ximis grauissimisq; delictis,ut uoluit Do.in c.deniq;,d.
4.per c.flagitia.32.q.7.& latè Lucas Pen.in d.l.siue. C.
de exac.& execu.li.12.& Fe.in d.c.dilecte ĩ Christo, co.
5.uer.quòd autem.de excep.& in c.dilectus,huius initii,
2.col.1.de simo.ubi,& idẽ uidetur uoluisse Pan.post Bar.
ĩ l.ex facta,§.ul.ff.de poen.Et ad hoc referri põt,quod ex
sñia Hierony.dictum est in præcedenti cap.de Sodoma,&
Gomorrha, illic.n. erat grauissimum,& nefandissimum
peccatum, de quo etiã loquitur d.c. flagitia. Huc quoq;
quadrat,quod Exodi.32. Moyses propter peccatum ido-
latriæ occidi præcepit 22.milia hominum. Quod uir ille
iustissimus nunquam præcepisset nisi iustum fuisse pec-
cantem multitudinem humano iudicio condemnari.
14 † Intellige sexto.ut aliqui cõtẽdunt, secundũ caput præ-
cedens,

cedens, ut uidelicet tunc multitudo mitius puniatur cùm timetur scandalum, non aliàs, ut uoluit glo. in dicto cap. comessationes, & in dicto ca. quotiens, & in d. c. 1. in uerbo recedenda, de poen. dist. 6. & in d. ca. latores, & ibi Panormita. Sed certè ego in ea sum sententia, uel citra periculum scandali, ut cum multitudine sit clementius agendum, ea ratione motus, quod iura de ea re loquentia, magis causantur quod in punitiõe multitudinis strages multorum iaceat, quàm quod scandali periculum timeatur, ut omnibus uidere licet. In qua plane sententia est, & gl. in cap. denique sacerdotes quarta distinctione in uerbo, uenia. dum ab altero alterum distinguens, dicit ignoscendum esse propter multitudinem, uel scandalum. Sustinenda enim esse crimina ratione scandali, & ratione multi
15 tudinis, & pro utroque iura separatim aduocat. † Intellige septimo, ut hoc non procedat, cum multitudo religiosorum deliquit, faciendo contra uotum, aut obseruantiam monachalem, ut nota. uoluerunt Ven. Gof. & Hostien. in cap. ea quæ, per illum tex. in uerbo, in parcendo, de statu monach. Fely. & sequitur Archi. in d. ca. ut institueretur quinquagesima distinctione dicẽs huius esse rationem, quia ex quo uenient contra obseruantiam religionis, non potest superior contra illam dispensare, capit. cum ad monasterium in fin. de stat. monach. sequitur quoque Domi. in dicto ca. comessationes, in fin. & Fely. in dicto cap. dilecte in Christo de excep. & in dicto cap. dilectus, huius initii, 2. columna prima, uersiculo tertio de simo. ubi hoc dicit singul. Sed certe ista limitatio secundum rationem Archi. dependet ex 4. limita. supra.

CAVSA QVADRAGESIMAOCTAVA.

SVMMAE.

1 *Poena minnenda, cùm eius, qui deliquit, conditione considerata alii ad meliorem frugem trahantur.*

2 *Poena scelerum non modo delinquentem ipsum respicit, sed et cæteros omneis.*

1 Qua-

1 QVADRAGESIMOOCTAVO, Cum eius,qui deliquit,considerata conditione, alii ad frugem melioris uitæ facilius traherentur, si poena minuatur.est ob id certe minuenda,arg.c.ult.de his qui fil.sũt legi.& c.ult. de diuor. & ca. cõueniẽtibus. 1.q.7.(vide ea loca)& ita per illa iura supra allegata,uoluit Lucas Pen.in l.2.co. 13.ver.igitur iudex.C.de defert.lib.12.& in l.si appari-
2 tor.colu.9.uer.magis magis illud.C. de cohor.l.12.†Et ad hoc certe facit,quod poena sceler um non modo ipsum delinquẽ tem respicit ,sed & caeteros omnes,ut illi uidelicet a criminibus formidine poenæ deterreantur,ut latius dicam infra,imò uero causa quæ ceteros respicit, eò magis uidetur consideranda, quàm quæ. delinquentẽ solũ cõcernit, quò latius patet. ergo si impunitas aut poenæ diminutio aliis est profutura, quàm poena,consequens est,ut potius eo casu impunitum crimen relinqui debeat,aut certe poena minui,quàm omnino delinquentem puniri.

CAVSA QVADRAGESIMANONA.

SVMMAE.

1 *Pœna aut remittitur,aut certe minuitur propter delinquentis,aut etiam maiorum et proximorũ ipsius merita,beneficiaq; in Rempub.collata.*
Et quomodo id sit accipiendum,nu.13.et 47.
2 *Leges,pœna afficiendos esse delinquentes,non præmijs, quomodo sit accipiendæ.*
3 *Deprecatio,quid. Et quando ei sit locus nu.11.*
4 *Marcus Aquilius à Romanis iudicio soluitur, quòd cum fugitiuus bellum fortiter gesserit , multis alioqui criminibus testimonijsq; conuictus.*
5 *Marcus Horatius populi Romani iudicio absoluitur,uirtutis admiratione potius, quam iure causæ.*
6 *Virtutis admiratio facit,ut delicta aut remittantur,aut certe minuatur.*
7 *Darius Sandocem ad crucem adigit.*
8 *Ionathas populi precibus liberatur à morte.*
9 *Statutorum prouisiones generales recipiunt tacitas exceptiones,ob casus emergentes.*

10 *Meri-*

10 *Merita maiorum, ad posteriores transeunt.*
12 *Appius cum uincula ducitur, maiorũ merita in Remp. cõmemorat.*
14 *Manlius Capitolinus ob affectatum regnum e saxo Tarpeio, preci pitatur, etiam post multa in rempub. merita.*
15 *Tirannidis affectatores morte mulstarunt Romani.*
16 *Leges etiam transgredi licitum ob sceleris grauitatem et atrocitatem, et nu. 26.*
17 *Pœna crescere debet ob facinori immanitatem.*
18 *L. diuus. ff. de fals. ut sit accipienda.*
19 *Leges transgredi, an liceat superiore inconsulto.*
21 *Appellatione tollit sceleris Magnitudo. limit. nu. 22. de crimine læsæ maiest.*
23 *Sceleris atrocitas facit, ut prohibiti accusare, accusent.*
24 *Crimen proprium confitentem neminem esse super aliena conscientia scrutandum.*
Fallit propter sceleris immanitatem.
25 *Testem alias non idoneum, admitti propter sceleris acerbitatem, ut sit accipiendum*
27 *Tortura potest etiam adhiberi diebus paschalibus, propter criminis immanitatem.*
28 *Clericus punitur a iudice seculari, propter sceleris grauitatem.*
29 *Sententia mandatur executione ob criminis atrocitatem, intra tempus decem dierum concessum ad appellandum.*
30 *Aduocatus denegatur accusatus in grauibus delictis.*
31 *Sententia criminalis in grauibus delictis executioni mandatur diebus etiam feriatis.*
32 *Delicti enormitas facit, ut liceat alteri alterum e medio tollere.*
33 *Delicti grauitas facit, ut priuato liceat sine mandato iudicis aliquem capere.*
34 *Accusator non probans, in grauibus delictis nõ dicitur calũniari.*
35 *Infamatus ob sceleris grauitatem à beneficio suspendi potest, quoad se canonice purgauerit.*
36 *Clericus degradatur, et curie seculari traditur in enormibus delictis, et nu. 37.*
38 *Ecclesia plures pœnas imponit uni delicto, quãdo delicti grauitas adest.*
39 *Animal etiam brutum puniri ob sceleris immanitatem.*

40 *Tu*

40 *Furiosus quando immane est scelus, capite punitur, ex crimine ante furorem commissa.*
41 *Actori quandoque defertur iuramentum propter summam sceleris immanitatem.*
42 *Corpus suspensi traditur feris deuorandum in delictis immanibus.*
43 *Crimen morte delinquentis, non tollitur in enormibus.*
44 *Sceleris immanitas facit, ut quis aliquando ad bestias condenetur.*
45 *Infantes et furiosi et alij non culpabiles pro aliorum delictis puniuntur, propter criminis atrocitatem.*
49 *Nobiles etiam suspenduntur, ob criminis immanitatem.*

1 QVADRAGESIMONONO, Propter delinquentis aut ẽt maiorũ aut proximorũ ipsius merita beneficiasq; in Remp. collata, ei parcitur, ut de primo scilicet ipsius delinquẽtis meritis ac beneficiis est tex. no. in l. 2. §. postea cum Appius ff. de orig. iur. ubi cum Flauius scriba librũ legũ Appio surripuisset, eũq; populo tradidisset, nõ solum nõ punitus fuit, quod surripuerat, sed & præmium ob id quod populo Ro. tradiderat cõsequutus est. Et ibi glos. notat aliquẽ ex dolo praemiũ cõsequi. Et tex. quoq; æque celebris in l. nõ oẽs. §. vl. ff. de re mi. ubi scribitur ei esse parcẽdũ, qui transfugit, & postea multos latrones deprehendit, transfugasq; demonstrauit. & illos text. ut notab. citat Roma. consil. 310. in casu propositae consultationes. col. 4. ver. caeterum uidemus & seq. & per d. §. postea dicit quod vbi ex delicto alicuius quicqam utile Reip. obuenerit, non solum poena remitti, sed & ipse delinquẽs remunerari põt, licet alias delinquẽtes egestate
2 debeant laborare l. bona fides ff. depo. † Alibi aũt idẽ Ro. in rep. si. vero §. de uiro ĩ 48. fal. ff. sol. m. per illos ipsos tex. limitat leges gñaliter dicẽtes, poenis efficiendos esse delinquentes, non praemiis, ut uidelicet non extẽdatur ad casum, quo quid utile pro Rep. egerint, quia tũc in remuneratione poterit superior eis dare impunitatẽ, eosq; multis donare praemiis. Et ita ẽt illos tex. põderat. Barb. con. 11. illud afferã. col. 4. ver. ubi qs remuneratur. l. 2. & con. 26. sapienter scripsit col. pen. eo. li. 2. Et postremum quoq; ad hoc annotat. Raph. Ful. con 124. praesuppositis

stat

ſtat.col.vl.vbi & ĩ id all, tex.ĩ l. quinq; ſumares.C.de de Dec.li.10.qui tũ nihil mihi uidetur facere. Illum quoq; tex.in d l.nõ oẽs ad hoc aanotãt ipſe Ro.ſing.538. nullus niſi prĩceps atq; ex eo pulchrũ caſum decidit,& Ale. cõ.19.circa primũ ad fi.li.7.ubi & ad hoc all.l.ſi quis in graui.§.is quoq .ff.de SC.Syl.Annotat quoq; & illũ tex. ĩ d.l.nõ oẽs.Soci.aut quiſquis ẽ,in trac.fal.ĩ reg.229.cuius eſt prin,lex gñaliter loquẽs,uer.fallit ratione beneficii Sed tu ꝑter illos tex.ad alios id quoq;(ſi nõ oſcitãter inſpiciãtur)probãtes.ſ.ĩ l.1.ad fi.ibi,ob merita indulſit. ff.de cõſt.prin.& ſimilẽ in.§.ſed & quod prin.ver.plane ex iis,Inſt.de iur.nat.ubi gl.in uerbo,ob meritũ.Io.Pla.
3 & Ang.Are.ita eũ tex.intelligunt.† In quã ſententiã locus eſt apud Oratores quã deprecationẽ uocant, de qua Tull.lib.ueteris Rhetoricae,2.Deprecatio eſt,inquit,in qua non defenſio facti,ſed ignoſcẽdi poſtulatio continetur.Et paulo infra.huius rei exẽplũ ſubiicit,ut ſi pro aliquo claro aut forti uiro,cuius ĩ Rẽp.multa ſint beneficia, dicere poſſis,&c.Et ipſemet Tullius & alii,quos tibi citabo inferius.nu.11.incip.cuius rei quoq;.& rurſus in 51. cau.nu.24.incip,huc quoq;.Et hoc quidẽ genere deprecationis utitur ipſe Tullius ĩ oratione pro An. Milone ĩ ipſo prope exordio,deprecãs ut Clodii interitus Miloni propter multa illius præclara in Rẽp.merita.cõdonẽtur.
4 † Idẽ in oratione pro Lucio Flacco refert Marc.Aquiliũ multis auaritiæ criminibus teſtimoniisq; cõuictũ, quia cũ fugitius tũ fugitiuus fortiter bellũ geſſerit,a Romanis iudicio liberatũ.Cuius rei ẽt rei meminit idem Tullius in 7.eadẽq; ultima actione in C.Verrẽ,ſtatim poſt princ. & in lib.2.de Oratore.Et eius authoritate Florus Epitome Liuii lib 70.in prin Addit autem Cic.in ea oratione pro Flacco, ſe conſulẽ,C.Piſonem defendiſſe,qui quia cõſul fortis conſtansq; fuerat,incolumis eſt Reip. reſeruatus.refertq; alios ob id ipſum quoq; abſolutos.& paulo poſt,Semper,ait,graues & ſapientes iudices in rebus iudicandis,quid utilitas ciuitatis,quid communis ſalus, quid Reip.tempora poſcerent,cogitauerunt.

5 Ipſe

5 Ipse aut Liu.1.Decad.lib.1.tradidit M. Horatiū qui paulo ante imperiū P.Ro.aduersus uirtute peperisset sua,ut qui tergeminos curiatios interemerat,sororéq; suā dū rediret a uictoria obuiā sibi factā morte unius ex curiatiis cui despōsata fuerat,flētē,gladio trāsuerberauit (siue trāsegit)à P.Ro.obsolutū fuisse,magis admiratione uirtutis quā iure causæ,ut tū cedes manifesta aliquo piaculo lueretur,imperatum patri Horatii, ut filiū expiaret pecunia publica. Quā historiam ēt conscripsit Aristides Milesius in lib.Italicarū rerū,& Dionisius Halicarnasseus li.3.& Cic.ī illa oratione pro Milone.val.Max.li.6.c.3. & iterū lib.8.c.1.& Aristides Milesius in li.rerū Italicarū, & ex eo Plut.ī Paralellis c.1.ubi & testimonio Demarati rerū Arcadicarū li.2.eādē quoq; refert historiā,cōtigisse apud Tegatas,& Festus pompeius, quo loco de Sororio tigillo
6 loquitur. † Sed & aliā historiā,ad hanc rē maxime pertinentē refert ipse Plutar.in Fabii Maximi uita, & Apophthegmatis eiusdē, quòd cum miles quidā Lucanus apud Nouū Fabiū esset accusatus quòd mulieris amore, noctu sæpe in castris uagaretur, alioqui vero mirabili amorum uirtute uir esse narraretur,mulierē quā ille miles deperibat,deprehēdi eo clā iussi,& ad se duci,& accersito homine,quòd præter legē,īquit per noctes haud me latuit, ac ne prius quidē latuerat, quod probitati studeres, quare fortiter tuis ac recte factis errata cōdonātur. At posthac nobiscū eris,habeo.n.sponsorē.& adductā mulierculā ei cōmendauit,ac tradidit.id quod etiā recensuit Plinius, si ne is est Suetonius,ut alii cōtendunt,siue Cornelius Nepos,ut & alii existimāt,ī.li.de uiris illustribus, quo loco de Fabio Maximo scribit,& Valerius Maximus.li 7.c.3.
7 † Sed & huc quoq; pertinet alia historia ab Herodoto relata,in Polymnia,qui liber est 7.Dariū, illū primū Persarū regē,Sandocē Aeolidis præfectū ab hanc causam cruce effecisse,quòd cum è regiis iudicibus esset, iniquam sententiā ob pecuniā tulisset,sed eius in cruce suspensi Darius reputās plura peccatis esse beneficia in domum regiam collata, hoc reperiens agnoscensque properantius

se,

8 se, quàm prudentius egisse, hominem soluit. † Et id quoque exemplo diuinorum bibliorũ comprobare possumus. Ionatas.n. Esau regis filius contra ipsius regis edictum fauum mellis ante vesperum comederat, tamen quia illa ipsa die Philistheos deuicerat, salutemq; in Israel fecerat, piis populi precibus liberatus est a morte edicto regis proposita, sicuti scribitur primo Regum, capit. 14. & & repetitur in decretis canonicis 22. quæ. 2. §. vlt. Et hoc quidem ad hoc nostrum propositum annotauit. Io. Li-
9 gna. in tract. de bello, c. 29. † Ad stipulatur & præcedenti bus quod scienter ex facto respondit Bald. cons. 58. item prouiderunt, & ordinauerunt. lib. 2. quòd prouisiones generales statutorum recipiũt tacitas exceptiones, propter causas emergentes, in quibus oportet specialiter prouideri. vnde suadente causa spãli cessat prouisio generalis. Hinc est, quòd propter singularia merita singularis fit ꝓuisio, quæ secundum generalia stat. non posset fieri, per d. c. si quis in graui. §. is quoq; qui legitur cum §. vtrum, ff. de SC. Syll. ubi dicit no. Bart. quòd si est prohibitum forensi, acquirere possess. in ciuit. tamen propter singulare meritum. vt quia multum operatus est in recuperatione alicuius castri põt hoc ei cõcedi. Et hæc quidẽ Bal. vbi supra, qui ad hoc dicit facere. d. l. Aqui. & l. si pater. ff. de
10 don. † Quod aũt in principio de maiorũ meritis, & beneficiis vt prosint vt ad dimittẽdũ, aut certe leniendã poenã delinquentis, ex hoc satis probatur, quòd maiorũ merita ad posteriores transeunt. vt pulchre uoluit bal. cõn. 355. præmittendum est. col. 2. ver. quid igitur. lib. 1. quẽ refert & sequitur Soc. cõ. 84 accuratissime, col. 3. ver. ex quibus in proposito l. 3. Et hoc quidem uerissimum. Nam, & nostris leg. filii remunerantur ex parentum meritis, vt videre licet ex l. nemini, uer. filios autem. & l. petitionẽ uersi. filius scriberet C. de aduo. diuersi. iudicior. & l iubemus, uersiculo, & filio. C. de aduo. diuer. iudicium, quas le-
11 ges in id citat Roma consil. 29. in causa maiori. † Cuius rei quoque locus est apud Oratores. Nam & Tull libr. 2. de inuentione, ubi de deprecatione differit, Oportebit

bit,inquit,omni,qui sibi ut ignoscatur postulabit,cõme∙ morare, si qua sua poterit beneficia; Et paulopost, Deĩde maiorũ suorũ b ficia, si qua extabũt proferre. Hicq; Ma r us apud Sallustiũ in Ingurtha, Ad hoc alii si deliquere, vetus nobilitas, maiorũ facta, fortia præsidio adsũt. Quin til.lib.6.c.1.Periclitãtem cõmẽdat dignitas, & studia for tia, & susceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita ma iorũ. Hinc apud Liuiũ 1.decad.lib.2. Appius cũ in uincu
12 la duceretur, maiorũ merita in Remp.collata cõmemora bat, ut poenã deprecaretur. † Suntq; eius rei exẽpla. Nã Berenice, aliis Pherenice dicta, cognomento Callipatera, cũ uirum habitu mẽtita ludis mulieribus interdictis ĩ terfuisset. vbi pisithodũ filiũ coronatũ uidit, meritis tamẽ suorũ absoluta est, cũ alias secũdũ legẽ ex Typeo præru- pto monte præcipitarentur, quæ id fecisse essent deprehẽ sæ. authores Pausanias lib.5.& Aelianus de uaria historia, lib.2.cap.7. Liuius 1.decad.li.4 scribit M. Posthumi um, Tribunum, ob rem malè ab eo cogestam, decem mili bus æris grauis fuisse damnatũ. verũ posteà ab oĩbus tribubus fuisse absolutã ab memoriã Connati patris, uenerabilis uiri, & iam exactæ ætatis. Sed & Tacitus lib.2.refert Plautio Laterano mortem quã ex sceleribus merue
13 rat, fuisse remissam ob patrui egregiũ meritum †Illud tamen quod diximus de poena remittẽda, aut minuẽda pro pter delinquentis aut maiorũ in Remp.merita, intelligẽ dũ arbitror, nisi quis atrocissimũ, grauissimũq; in ipsam Rẽp.facinus cõmiserit, nihilo.n.magis sua ipsius merita, & beneficia à punitione hmõi tam scelesti facinoris uin dicare censuerim, quam olim uindicarint Sp.Cassiũ.quẽ affectæ tirannidis conuictũ nulla rerum gestarum, & ho norũ promeritorũ rõne habita, populus Ro. capite mulctauit ut scribit Dionysius Halicarnasseus Antiquitatũ Romanarum lib.8.& lib.10.In oratione Siccii Dentati. vbi refert illum ter consulem, bis triumphantem, tot ho noribus, tot rebus domi forisq; gestis insignem, & nemini ætate sua secundum, ob tyrannidem de rupe datũ præcipitem. De qua etiam Liuius 2.decad.libro. 2.

14† Atque etiam Manliũ ob defensum Capitoliũ, Capitolinũ dictum, qui etsi sex decim annorũ uoluntariũ militem pro Rep. se obtulisset, 37. militaribus donis a suis ducibus ornatus, 23. cicatrices ĩ pectore habuisset, capta urbe author in Capitoliũ fugiendi quadã nocte clangore anseris excitatus, Gallos ascendentes deiecisset, Patronus à ciuibus appellatus, & farre donatus fuisset donũ ẽt in Capitolio publice accepisset, tũ quoniã regnum affectare, & ita libertatẽ Reip. opprimere conuictus est, nulla suorũ in Rẽp. meritorũ rõne habita, ex snĩa Ro. ẽ saxo tarpeio præcipitatus est, domus illius diruta, & bona publicata, in eiusq; notã factũ senatuscõsultũ, de cui de Manlia gente Marco cognomẽ esset. Cuius rei testes sunt locupletissimi Liuius 1. decad. lib. 6. Val. Maxi. li. itẽ 6. c. 3. Plinius (aut quisquis is est) in li. De uiris illustrib. & Plutarch.
15 in uita Camilli.† De qua re & aliis multis simili. loquẽs Portius Latro, orator clariss. in elegãti illa declamatione in Catilinã, Rectè, inquit maiores nostris summis laudibus efferẽdi sunt, qui Sp. Meliũ, qui Gracchos, qui Mãliũ Capitol. qui Drusum, qui Saturniũ, fortissimos homines & Reip. sæpenumero nõ mediocriter opitulatos ꝙ deuenissent in affectatæ tyrannidis suspitionem, morte mulctãdos esse putauerunt, Nec Sp. Meliũ fauor amplissimus ciuitatis, nec Gracchos aui sui amplissimi uiri memoria, nec Mãlio celeberrima gloria Capitoli liberati, nec Druso sanctiss sui penates, nec Saturnino ius sacrosanctæ dignitatis auxiliata est. Hæc ille. Cui adde quantũ ad Spurium Melium, Liuium 1. decad. lib. 4. Et bene facit quod in simili scribit Cepola caut. 3. incip. propter maximã de
16 quo dicemus infra, in seq; causa, nu. 2. † Neque id quidẽ mirum uideri debet, cum & alias ex Innoc. snĩa propter sceleris immanitatẽ, atrocitatem, grauitatẽ, licitum sit leges transgredi Ita. n. passim allegatur ipse Inno. in ca. 1. de cõsti, ubi dicit, quòd iudices possunt rõne casuũ emergentiũ leges trãsgredi, & poenas ordinarias augere. quẽ sequitur Host. ibi & Spec. dũ ad illũ ĩ ea re simpliciter remittit, in tit. de cõsti. §. 1. i. fi. & Arch. in c. qui bona. co. 7.

uerſi.itē cā cognita.17.q.1.& Bal.ſæpe,vcʒ in l. obſerua re.§.proficiſci.in.11.q.ff.de offi.proc.& ī l. quid ergo.§, poena grauior,co.4.ff.de his q no.īfa.& ī l,ſi qs filio ex hæredato,§.hi āt oēs in fi ff.de iniuſt.teſta.& in l,1.C.de precib.impe.offer.& ī l,1.co.5.C.qui acc.nō poſ.& l.& ſi ſeuerior,co.2.ue. ſecūdo op.& ibi ēt Saly.C. ex.qb.cau. infa.irro.& idē bal.ī l.1.ī fi.C.de iur.calū.& in authē.ho die,ubi & Saly.C.de iudi.& in authē.ſed nouo iure.co.1. C.de ſer.fug.in quib.duob.poſtremis locis hoc ītelligit ſolū procedere ī maioribus magiſtratib.ut hoc obiter re cēſeā,& idē Bal.in rub.extra de cōſti.& in c.2.in fi.de re iudi.ubi dicit,q hoc uerbū multū defendit aſſeſſores,qui pro bono publico quælibet ſtatuta trāſgrediūtur.& in c. 1.ti.qualiter olim feud.alie.poſ.& in c.1.§.iniuria.ī prī. tit.de pac.iura.fir & in c.1.tit.ī quib.cauſ.feud.amit. & conſi.152,plura tāgūtur,circa med.li.1.& con.364. quia qō iſta,col,1,li.3.& con. 43.Cechus cōfecit uenenū,co. 2.eo.lib.3.& Angel.in l.quod ſi nolit,§.qui aſſidua.ff.de ædi.edict.Pan.in c.ſuper his,col.pen.de accuſa.dum etiā ſimpliciter remittit ad Inno.in d.cap.1.Ioan. Ana.ī cap, 2.de adulte & in c.ulti.de fur.Io.Plat.in l.oēs.col.2.C. de dela.lib.10.Ro,conſi 429.conſidero in propoſita con ſultatione,col.1.& Alex. conſi.61.plura concurrere uidē tur,co.3.uer.accedit,quia ut inquit li.1.& cō.41. habita ſuper pteritis,co.uer.accidit,qa,ut īquit,li 2.Ang. Are.ī §.1.Inſti.ui.bo.rap.& in §.ex maleficiis,col.3.Inſtitu.de acti.& in tract.maleficiorū,in uerbo,& ueſtem coeleſtem abſtulit,col,4.& Coepol.in repe.l.ſi fugitiui,co.13.ī par uis.C.de ſer.fugi.& Barba.in repe.c,Ray aldus,col.17. uerſi.limita etiā prædicta,de teſta.ubi hoc dictū Inno. re putat ſing.& in rub de reſcr.in.ele.col.6.& con.47.ſcribi tur præclare apud Eccl.co.11.uer.& cū dicitur.lib.1.ubi & illud dictū dicit eē sīg.& eregas,& cō,64 ſcribitur lib. Heſter,co 2.eo.li.1,ubi itē facit sīg.& cō.ult.co.9.lib.2. & cō.8.vbi Xps,co.pe,li.3,& Fel.in c.qualiter & quando eius initii 2.§.ad corrigēdos,col.7.uer.ſed pulchrè dubi tari.de accu.ubi & hoc dicit ſing.& ī c,ita quorūdā, poſt

V 2 prin.

prin. de Iudæis, & nouissimè Matth. Afflict. in consti. Siciliæ incip. Castellanus, col. ult. & in cõsti. cuius est initiũ, Patterenorum, col. antepe. & Hipp. Marsil. in repe. l. ulti. col. 73. & seq. C. de probat. & in l. 1. co. 7. uer. sed prædicta
17 possent, ff. de sica. ubi, & hoc dicit no.† Sed Ro. sibi cõtrarius in repe. l. si uerò. §. de uiro. in 46. fal. ff. solu. mat. posteaquàm hoc dictũ. inn. allegauit, dicitq; pro eo posse allegari tex. optimum in l. ulti. ver. nec tamen, ad hmõi C. de mod. mulc. & alium quoq; tex. meliorẽ in c. felicis. §. cæterum de poe. lib. 6. ubi expresse dicitur, quòd propter immanitatẽ criminis debet poena crescere. Cui est, & alius text. similis, licet non alleget, in §. hoc ãt, 33. q. 2. Tãdem tamen ipse Ro. hoc dictum reprehendit, per tex. quẽ dicit sing. in l. diuus, eius initii. ff. de fals. secundum intellectum communẽ. & glo. in uerbo non possint, ubi ad hoc ut poena augeatur propter sceleris atrocitatẽ, consulendus est superior, nec id potest iudex facere propria authoritate, in consulto principe. Et secundum hoc, ut dicit, debent intelligi iura allegata pro sententia Inno. Quod dictum pro sing. reassumit Iason, aut quisquis is fuit in d. §. ex maleficus, col. 2. uersi. accedat quod sing. Institu. de acti. ubi tamen dicit esse diligenter considerandum circa illũ tex. d. l. diuus, quia peregrinus est, nec ei uidetur urgenter probare dictum Ro. Sed, & idem uoluit ipse Ro. in suis sing. & hoc sequitur, & dicit esse uerius, Coepo. in d. authen. sed nouo iure, col. 21. in paruis, uersi. præterea dicit, & Feli. in d. c. 1 col. 17. uersi. nihilominus. Ludo. de
18 consti. & Hipp. in sing. 244. inci. tu scis illud. † Verũ tex. in d. l. diuus, uel refragrante ipso Hippol. parũ facit, sicuti iam ex snia Ias. diximus, ad dictum Ro. nam ille tex. loquitur in eo, qui habebat iurisdictionẽ limitatã, & casus de quo ibi agebatur iurisdictionem ipsius excedebat, sicùti dicit glos. ibi. & Barb. in d. c. 1. de constitu. & post eum Philip Dec. in 2. lect. col. ult. ubi dicit, quòd pro dicto Ro
19 ma. est melior tex. in l. 1. § fi. ff. de quæstio. † Ipse tamen Barba. in rub C. qui admit. char. 6. colum. 2. uersi. item dico in hac re distinguit, ex mente ipsius, eo tamen tacito

cito

cito, An uidelicet de facili possit recurri ad superiore, & consulendus e superior, per d.l.diuus. alias potest iudex eo inconsulto in nostro casu leges trãsgredi, secũdũ Inn. sententiam, & hanc distinctionem sequitur Philip. Dec. in rub. col. 1. & dicit facere bonũ tex. in l. ad bestias. ff. de poe. & in d.l. 1. §. ult. & quod ibi uoluit Bar. ff. de q. subiũgitq; eandẽ dist. in c. si quis cõtra. de for cõpet. & in c. dilecti eius initii 2. de appel. ubi ipse Dec. eius rei affert cõcord. Et idẽ uidetur uoluisse Fely. in d.c. 1. in. 7. fal. ante fide cõstit. Quibus adde quod in simili no. Pan. in c. ul. co. 3. uersi. omnia prædicta. de eccle. ædi. & quæ ibi allegat.

20 † Sed. quodcũq; hoc modo se habeat, illud certũ est, multa cõtra hmõi immania flagitia a legibus esse introducta cõtra cõmunes iuris regulas. Imprimis tex. est in eã sententiã. in d.l. 1. C. de prec. imper. offer. ubi seruus alioquin incapax admittitur ad supplicandũ, & impetrandũ rescriptũ, propter sceleris grauitatẽ. & ex eo no. Bal. in 2. no. q propter enormitatẽ delicti non cõcedenda concedũtur.

21 † Secũdo in eã sententiã tex. est in d.l. si quis filio exhæredatos. §. hi ãt omnes. ff. de iniust test. ubi sceleris magnitudo tollit appellationẽ, nec propter eam suspenditur executio sententiæ. Et per illũ tex no. Bal. in d l. 1 ad fin. C. de iura. calũ quod in delictis enormibus, licet interdũ legẽ trãsgredi. Illi autẽ tex. similis est in l. cõstitutiones. ff. de appel. quẽ ad hoc facit sing. Gaspar. Val. in rep. l. imperiũ. co. 58. uer. ultra istã doctrinã. ff. de iurisdic. omn. iudic. Alius quoq; in l. 2. C. quo. ap. non recip. ubi ad hoc illũ tex. põderat Bal. & Sal. & alius l. 1. C de fals. mo quẽ etiã ad hoc no. Fely. in ca. sicut de simo. & alius deniq; in

22 capit. ut inquisitionis. de. hæret. lib. 6. † Verum Fran. Are uir emunctissime naris in l. Pantonius. §. rei perduellionis. in princi. ff. de acquir. hære. hinc occasione sumpta, quod gl. ibi sentit, quod condemnatus lesæ maiestatis audiutur appellans, dicit illam approbans contra Ro. quod magnitudo, & attrocitas sceleris nõ tollit appellationẽ, nisi alias iminceret periculũ maioris sceleris, aut dãni, ut probat tex. in d. §. hi autẽ oẽs. ibi, nõ poenæ festinatione,

 sed

sed præueniendi periculi causa, aut nisi reus esset conuictus simul, & cõfessus, per d.l.2.C. quor.appel. nõ recip.
23 † Tertio tex.in l.mulieré.ff de accu.& in l. in quæstionibus.ff.ad leg. Iuliam maie.& in c. tãta.de simo. Per quos not.Ro.in d.repet.l.si.uero.§.de uiro.in 46.fal.ff.sol.matri.quod propter sceleris attrocitatem, mulieres, & alii
24 accusare prohibiti, possunt accusare.† Quarto nõ absimiles sunt tex.in c.per tuas.de simo. & in c.in fidei.& ca.accusatus.§.licet de hæret.lib.6.ubi propter facinoris grauitatem.cõsors criminis admittitur ĩ testimonium, alioquin nõ idoneus. Et ita etiã not illos tex.Ro.in d.46 fal. Cui adde gl.in l.ult.C.de accu.quæ dicit illũ tex.quo cauetur neminẽ de proprio crimine confitentem, super conscietia aliena esse scrutãdum, fallere in multis casibus illic a se enumeratis, propter immanitatem scelerum, quã glo.ad hoc expendit Fulgo.consi.173. in causa inquisitio-
25 nis, col.1.† Verum lector amãtissime, ne fallaris, illud te admonitum uelim, quod diximus de teste alias non idoneo, ex tex.in d.c.in fidei, satisliques, non ei omnino esse credendum, nec passim, sed tum demum si ex numero testiũ, personarũ tã ipsorum testium, quam reorum qualitate & aliis circunstantiis hmõi testes uera dicere præsumũtur quod tibi ad modum notandũ, qui multi decipiuntur affirmãtes ex eo simpliciter, hmõi testes esse recipiẽ-
26 dos.† Quinto huc uergit textũ in l. si quis in hoc genus sacrilegii.C.de episc.& cler.per quẽ not. Angel. Aret. in tracta.malefi.in glos.1.col.4 uersi.secundo principaliter quod propter immanitatem criminis potest procedi ad
27 specialem inquisitionẽ, alias prohibitam.† Sexto suffragatur tex.omniũ.C. elegantissimus, in l.nemo.C. de episcop.audi.ex quo not.Bald.in uersicul.deinde not.quod in diebus etiam paschalibus potest adhiberi tortura adinuestigationem enormium delictorum, sed, & per eundem textum idem Bald.in uersicul.item not.argu.dicit, quod quando alicui conceditur arbitrium exarcerandi captiuos, sicuti uidemus quotidie in principibus non possunt illos excarcerare, qui propter enormitatem sceleris detinentur.

28 nentur † Septimo eiusdem notæ est tex. in l.addictos.C eo.tit.per quem not.glo.ibi,quod propter sceleris immanitatem punitur clericus a iudice seculari,secundum tamen distinctionem,quem ibi ponit.& satis cōcordat tex. in c.perpendimus.de senten excom. & quod ibi dicit gl. in uerbo coganter,in illis uerbis,Vel immiscēdo se enor
29 mitatibus. quæ & concord. adducit.† Octauò ad aliud quoq; huic loco a comodatissimum notandus est text. in d.l·addictos. quod propter criminis attrocitatem sententia executioni demandatur infra tempus decem dierum ad appellandum concessum.& ita illum not.Bal.super quo tamen uide Pau.Ca.ibi Bar.& ipsum Paul. Ca.ī leg.addictos.C.de appel.& Bar.ī leg. qui ult.ff.de poen-
30 † Nono huc pertinet text.in l.per oēs. C.de defen. ciui. ubi propter delicti grauitatem denegatur accusato aduocatus.& ita illum tex.allegat Ro.ī d.repe.l.si uero.§. de uiro.in d.fal.46.& Angel.Are.in tract.malefi. in uerbo, & uestē coelestē abstulit char.2.uer.& not.bene.& Barb. d.cōsi.46 scribitur præclate col.14.uersi.cū ergo in casu nostro.l.1.& d.cō.ul.col.9.li.2.ubi etiam facit sing. & d. cōsi.8.col.pe.li.3.& in l.4.§.Cato.col.38.ubi rursum facit sing dicitq; se audiuisse illū tex.allegatū fuisse ab egregio quodam aduocato coram Eugenio Papa in publico cōsistorio,ad hoc quod manifesto usurario erat denegādus aduocatus corrupte tamē illic allegat l. iubemus. pro d.l.omnes.& idem Barb. in c.quærenti,co.10. de off. dele.Et hoc quoq; ponderat Fely.in c.1.col.16. in 7.fal. de constitu.(uide Bal.in authēt.sed nouo,iure.C.de ser. fugi.& alicubi in authē.habita.C ne fili.pro pat.)& Hippo.Marsi.in repet.l.ult.in.74.char C.de proba. & in l.1. in prin.col.8.uersic.& inquantum supra.ff. de quæsti.
31 † Decimo, eccedit text.in l. prouinciarum.C.de fer.ubi propter facinoris enormitatem sentētia criminalis quocunque die etiam feriarum diuinarum potest demandari executioni, & hoc ibi not.Bal.quāuis alias fieri nō de
32 beat,ut dicit ipse Baldus per text. eo.tit.l. ult.† Vndecimo,text.in l.1. C.quam.lic.uni.sine iudi.antho.se uind.

per quem tex.dicit Bal.in l.amissione.§. qui deficiunt.ff. de ca.dimi.quòd propter grauitatem sceleris licet alteri alterum propria authoritate impune interimere, & ad
33 hoc et est bonus tex.in l.2.C. eo. tit.† Duodecimò, huc spectat tex.ĩ l.vlt.C.de male.& math.ex quo no. Bal. in sua Margarita,in uerbo,delictum.ꝙ propter delicti atro citatẽ potest quis capi à priuato, sine mandato iudicis,li cet alias secus.per tex.in l.ul.& ibi doct.C.de custo.reo.
34 cō.† Decimotertiò prædicta confirmãt text.in l.1.C. de fal.mo.& in §.ult.in authẽ.de nõ ali.per quos no.gl.in l. athletas.§.præuaricator.ff.de his qui no.infa. quòd pro pter enormitatem criminis accusator non probans nõ di citur calumniari, ut quis ad accusationem illius facilius prosiliat,licet tamen regulariter secus, l.1.C.de aduo.di uer.iudi.& hoc sequitur Pan.in c.2.de calum.Quod non passim admitterem,sed tum demum ; si probabili ratione aut præsumptione uerisimili mdius ad accusationẽ prosi
35 lierit.† Decimoquartò,ut ad ius canonicum accedamus, facit tex.in c.inter in prin.& ibi gl.ult.de purg cano.vbi propter delicti grauitatẽ ĩfamatus à beneficiò quoq;, ne dũ ab officio suspendi potest,donec se canonice purgaue-rit,licet alias secus. & ibi Pa.dicit illũ tex.esse ad hoc no
36 tabilẽ.† Decimoquintò in hoc albo est, & tex. in c.nobi mus.de uerb.signi.ubi in grauioribus, & enormibus deli ctis clericus degradatur,& curiæ seculari traditur, licet nõdum sit incorrigibilis,quãquã alias id nõ fiat,ꝑterquã in tribus casibus,& cũ est incorrigibilis,secũdũ gl.ĩ c. ad abolendã de hære.Et illa illum tex.intelligit, & sin.facit Pan.ibi in 3.no.& ẽt uoluit idẽ Pa.in d c.ad abolendã.& in c.1.col.ult.de his qui filii occidit. & in c. at si clerici. in c.cũ nõ ab domine.de iudi.& ibi ẽt Pet.An & idẽ Pet. in c ea quæ.in 19.q.de reg.iur.li.6.ubi dicit ita fuisse de cisum Venetiis i horrendo quodã h omicidio. & Domi.
37 in c.non licuit.17.dist & Barb.d.cō.64. † Quæ sententia nihil omnino dubia uidetur, si considerauerimus cleri-cos,uel citra degradationem posse puniri à iudice laico, propter enormitatem scelerum, ut dictum est. & uerum dicit

dicit glo.ĩ c.cum nõ ab homine,ĩ uerbo,nuntius.ibi, sed secus,si enormitatibus si immisceat de sentẽ. excom. per tex.ibi.& glo.in d.c.perpendimus,ẽt per illum tex. eo. tit.& etiã per tex.in c.in audientia, eo. quoq; tit. & glo. item in c.contingit in uerbo,ordinari.in eo.rursus tit. ui

38 de Pan.& Felinum in d.locis.† Decimosexto ut quoq; respicit tex ĩ c.ita quorundã de Iudæis.ex quo not. Feli. ibi in 1.not.quod propter immanitatẽ delicti ecclesia plures poenas uni delicto imponit,licet regulariter secus.c.

39 at si clerici.§.de alteris.de iudi.† Decimoseptimo tex.in c.mulier.15.q.1.ubi propter sceleris attrocitatẽ brutum quoq; animal punitur, & ita ad hoc ponderant illũ tex. Ro.in d.fal.46.& barb.d.cõs.64.li.1.& d.cõs.ul. li.2.ubi facit illum tex.sing.in d.§.Cato.ubi ẽt facit sing. & Fely.in d.c.1.ubi,supra citauimus.de cõstit.& illum ẽt tex. multum cõmendat Imo.in l.defuncto.ff. de publi. iudi. & Iason in l.furiosum col.ul.C.qui testa fac.poss.

40 †.Decimooctauo mirum in modum hoc cõprobãt,quod supra diximus in 3.causa,nu.6.incip.dicit tamen. & seq. quod furiosus,qui alias non punitur ex crrmine ante furorem commisso,tamen prodter immanitbtem facinoris

41 capite punitur.† Decimonono eiusdẽ notæ est,quod scribit glo.ut iam tex.relinquamus,in l.admonendi.in glos. magna,paulo ante fin.ff.de.iureiur.quod defertur interdum actori iuramentum propter enormitatem criminis

42 per tex.in l.si quando.C.unde ui.† Vigesimo,quod uoluit alia glo.in l.2.ff.arbor,fur.cæsa.quod propter delicti magnitudinem debet delinquẽs,posteaquam laqueo suspensus est,bestiis quoq; trahi deuorandus, licet tamen alias non animaduertatur in corpus mortum, per totum ti.C.si reus uel accu.mor fue.etiam si post latam sentẽtiã reus ipse obierit,ut uoluit Cy:in l.2.C.qui test fac.poss.& Bal.in l.1.co i.in fi.C.ex delic.defũc.& ita illã glo.intelligit & dicit not.Ro.in d.fal.46.& post eum Gaspar.Valãst.in d.l.imperium.col.7.uer.dictã tamẽ gl. ff.de iuris omn.iudi.& ibi quoq; Iasõ qui illam dicit gl. col.13.uer.secũdus.gradus,sed & illã gl.ad hoc no.Barb.

d.consi.

d.cōſ.64 li.1.& d.cōſ.ul.li.2.ubi eā facit ſing.& ī d.c. Cato.& Fely.in d.c.1.quo loco ſupra citauimus. de conſtit.
43 † Vigeſimoprimo nō lōge ab ea gl.diſſidet,quòd licet alias crimē morte delinquētis extinguatur.C d.tit.ſi reus uel accu.per totū tamē in enormibus quibuſdā, & accuſari & cōdēnari poſſunt poſt mortē eorum qui ea perpetrarūt,ut ꝑ hoc memoria eorū dānetur tex.& gl.in §. per cōtrarium,Inſt.de hær.quæ ab inteſt.defer. quā gl.facit ſin Imo.in c.quoniā frequēter,ut lite nō cōteſt. & ī l.defuncto.ff.de pub.iudi.& Bar .in d.cō.64. & d.§.Cato. & nouiſſime Hippo.Marſi.in l.accuſatio.col.vl uer. & circa
44 hāc materiā ff.de fal.† Vigeſimoſecundo, nō deſunt qui gl.ī d.l.2 ff.arbor.fur.ceſa.ad hoc allegāt, quòd propter ingēs facinus qui nō uulgari mortis genere plectendus eſt,ſed ad beſtias debet cōdēnari,ueluti horrenda attrociq; poena,ut cui ſecundū attrocitatis locū īter poenas dederit.Bal.in l data col.2.C.qui accu.nō poſſ. Quāuis huiuſmodi poena nō ſit hodie ī uſu,ut dicit Ang in l.eiuſdē §.legis ff.de ſicar.Cui glo.ſic intellectæ adſtipulat̄, quod refert Suetonius ī uita Claudii, ipſum Claudiū ī maiori fraude cōuictos legitimā poenā ſupergreſſum ad beſtias
45 cōdēnaſſe † Vigeſimotertio, propter ſcelerū immanitatē infant s,& furioſi,& alii nō culpabiles pro delictis aliorū puniūtur, ut patet in §. itē paruulos.1.q.4. & late probat Lucas Pen.in l.fine.col.5.C.de exac.& tribu.lib.12.
46 Vigeſimoquarto,his poſtremo cōcinit, quòd licet alias nobiles nō debeāt furca ſuſpēdi,ut uoluit gl.in l.3.§.poena militū.ff.de re mili.& dixi late in Cōmentariis Nobilitatis c.20 fallit tamē ſi enormiter deliquerīt,puta quia proditionē fecerunt,ut uoluit bal.in c.cū quidā,de iureiur.& ſequitur Hip.Marſi.ſing.15 inci. proditores,& di
47 ximus etiā in d tract.Nobilitatis eod.c.† Poſtremo, alia pleraq; oīm copioſiſſime in eā rē cōgeſſit Hipp.Marſi.in l.1.in prin.col.9.uer.3 & poſſunt ff. de quæſt. & rurſum in l.unius facinoris.§.cognitorū.col.13.uer.itē inquantū cū tribus ſeq.co.quæ huc adſcribere ſuperſedi,quoniā de his iā ſatis,& prode nimiū diximus.ex quibus illud affa
tim

tim probatur quod supra diximus, nō esse parcēdum etiā benemerito de Repub. si immane quodpiam facinus præsertim cōtra Remp. ipsam cōmiserit. Quod ad alios quoque casus trahi potest, quibus poenam aut minuēdā, aut remittēdam esse contendimus. sed iam ad alia pergamus.

CAVSA QVINQVAGESIMA.

SVMMAE.

1 *Delinquens potest propter insigne aliquod artificium, uel robur, impunitus dimitti, consulto tamen ante Principe.*
Excipe latronem manifestum, seditiosum, factiosum, et id genus sceleratum, nrom. 2.
3 *Tiberius Cæsar insignem artificem, qui uitrum flexibile componebat è medio tolli iubet.*

1 QVINQUAGESIMO, Propter insigne aliquod artificiū vel excellēs robur delinquētis, potest delinquens ipse cōsulto tamen principe, impunitus dimitti. Tex. est no. qui ad hoc ubiq; allegatur in l ad bestias. in illis uerbis. Sed si eius roboris uel artificii, & c. ff. de poen. & illum tex dicit ualde no. Ale. cō. 19 circa primū. in fi. li. 7. & facit sing. Ias. in l 1. col. 2. uer. itē p. opter. ff. de legi. E per illū dicit Lucas Pen in l. 1. colum. 13. ver. uerū est tamen. C. de desert. li. 12. & in l. si apparitor. co 9. C. de cohart. eo. li. 12. quòd ratione publicæ utilitatis, potest iudex minuere nam. Ad quod etiā utrobiq; allegat tex in c. suas 7. quæ. 1. qui parum mihi facere uidetur. uide Diuum Thomam
2 2. 2 quæstio. 65. † Hoc tamen limitat procedere Cæpola cautel. 3. incip. propter maximam, nisi iste insignis artificii, uel excellentis roboris, esset latro manifestus. seditiosus factiosus, & id genus sceleratus, tunc enim morti adiudicandus est, & tradendus, uel inconsulto principe per textū. in l. filio exhæredato. §. hi autem omnes ff. de iniust rubr. testa. quod not. ad ea quae late diximus in 49. causa, num 13. incip. aliud tamen, & alius multis seq.

3 Miror

3 † Miror autem quod dicitur de Tiberio Caesare, quod cũ quispiã illi obtulisset paterã uitreã eo artificio facta ut nitr flexibile eẽt, ab illo sciscitatus est, a quo didicisset, & an alterũ id docuisset. qui respondit ipsum se sine authore & magistro didicisse, neminem ãt docuisse con tinuo illum interim iussit, atq; totã illius artificis officinã abolere. ne æris, argẽti, auri metallis, quibus ipse abũdabat, pretia detraherentur. Cuius rei testis est plĩ. li. 36 cap. 26 ubi tamen eam famam crebriorẽ dicit, quam certiorem, fuisse. Sed si id uerum fuit, crudelissimus certe Tiberius Cæsar, in ea re, uti in cæteris fuit, qui hunc artificem etiam si deliquisset, uita potius donare debuisset, ob tam mirandum & insigne artificium.

CAVSA QVINQVAGESIMAPRIMA.

SVMMAE.

1 *Delicta eorũ, qui alias moribus, et uitæ integritate summa claruerunt, mitius accipiẽda sunt, et nu. 23. 49. 51. 52. 56. 57. et 162.*

2 *Dido, quàm lẽto pede desc uerit à uirtutis habitu, miris modis prius oppugnata, quam uicta.*

3 *Bonus semel semper bonus præsumitur.*

4 *Dissimulatio magna, obscuriq; recessus in animis mortalium.*

5 *Iustus ut quis sit in conspectu hominum, nõ tamẽ in conspectu Dei fieri potest.*

6 *Citharœdi non omnes, qui citharam habent.*

7 *Iustum ab iniusto, probum ab improbo, discernere, soli Deo cõperit.*

8 *Presbyter nemo ordinandus ante legitimam ætatem, quãtumuis sit dignus.*

9 *Hominis excellentiam facere, ut recedatur ab omni iure, omniq; statuto. Limi. nu. 10. et 13.*

11 *Appellasse si quis se dicat, uel procuratorẽ esse ad petẽdos apostolos ei nõ creditur, nisi legitime doceat, quantũuis sit famæ celebris.*

12 *Personæ honestas, uita probitas, et fama electi, non supplet defectum illegitimationis, ideoq; dispensatio necessaria est.*

14 *Intellectus ad c. nobilissimus. 91. distinct.*

15 *Medico*

15 *Medico soli, alioqui bono uiro, dicenti uulneratum mortuum esse ex febre, non creditur, cum agatur de magno praeiudicio.*
16 *De animae periculo ubi agitur, uiri sanctitas nihil facit, ubi quid piam dixerit, uel praeceperit.*
17 *Ficta omnia, et simulata, diu subsistere non possunt.*
18 *Res quaque ad suam naturam facile reuertitur.*
19 *Hominis probitas et integritas unde colligatur.*
20 *Cum simoniaco quem commendat anteacta uita, mitius agitur.*
21 *Religiosus peccans occultà, et sine scandalo, non ex contemptu, nec contra religionis uotum, in eodem genere peccati mitius est puniendus, quàm secularis.*
22 *Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum.*
24 *Deprecationi quando sit locus.*
25 *Leges probos uiros quanti fecerint.*
26 *Credendum non est temere. Et quomodo id accipiendum nu. 27.*
28 *Emens ab alio tãquam testamenti executore, aut alias nomine alieno, si dicat se audiuisse a uiris fidedignis illum esse executorem, praesumitur bona fide emisse.*
29 *Credulus nimium non dicitur, qui credit homini fidedigno. et nu. 30.31.et 38.*
32 *Assertio uiri fidedigni excusat, et nu.43.34.*
35 *Fides ut improbis non adhibenda, ita et bonis credendum.*
36 *Seruus si a possessore bonae fidei fugerit, talis tamen habitus, ut custodiri non debuerit, absoluendus est possessor.*
37 *Ripam qui uult minuire, de damno futuro uel cauere uel satisdare debet, secundum personae qualitatem.*
39 *Diuitiae excusant a satisdatione.*
40 *Cauere tantum debet, qui non suspectus est satisdare.*
41 *Tutores legitimi licet satisdare debeant, remittitur tamen satisdatio, si sint personae honestae.*
42 *Idoneũ saepe nõ tã patrimonio et facultatibus, quàm fide metimur.*
43 *Cautio uiri pauperis, fide tamen digni, an sufficiat.*
44 *Filios optimos uix quispiam magnorum uirorum reliquit.*
45 *Patris et filij non est eadem persona in prudentia, et fide.*
46 *Suspectus tutor quis dicatur.*
47 *Iuramentum deferri in causa matrimoniali, an semper uerum.*
48 *Iudex iuramentum deferre potest in causis, quae sunt magni põderis*

92 Frater testis an fidem faciat.
92 Uxor, an et quando idonea sit testis pro marito.
93 Familiares domestici an et quando ad testificandum admittantur.
94 Electus ad aliquem dignitatis gradum, uirtutis nomine electus præsumitur, cæterisq; præstare.
95 Famuli tales habentur quales sunt domini, eorumq; fere mores re præsentant, imitantur, et exprimunt.
96 Simile simili gaudet.
97 Prælati si quid agant, a famulis in exemplum trahitur. et nu. 98
99 Consuetudo multum momenti et uirium habet tum ad deprauandos, tum ad corrigendos hominum mores.
100 Legatum sc. Papa, uel principis dicenti, an et quando credatur. Et quid, si dicat se literas legationis amisisse, nu. 101.
102 Nuntio delegati citanti aliquem an quis credere teneatur sine literis commissionis.
103 Crimunũ inquisitio licet non concedatur, nisi præcedente infamia tamẽ si quis denũtiantur a persona fidedigna, et superior famam uel infamiã ignoret, poterit super illis inquisitionem commitere.
104 Liber rationum an et quando præsumptionẽ inducat pro ipso scribente et eius hærede.
Et quid in scriptura priuata, nu. 105.
106 Testes singulares an & quando probent.
107 Testibus etiam uerisimilia non deponentibus creditur, quando sunt ualde digni.
108 Consilium nobilissimi, et celeberrimi doctoris an excuset uictum Et an etiam id possit partis integritas, n. 110. 111. (ab expensis
112 Iuramentum calumniæ non excusat ab expensis uenientibus ex temeritate absque dolo et calumnia.
113 Hæres non conficiens inuentarium, an, et quando non teneatur ultra uires hæreditarias, et nu. 114.
115 Instrumentum confectum in longinqua regione ab ignoto tabellione, an et quando probet.
116 Instrumenta producta a bono uiro, præsumuntur uera.
117 Statutum et si restringat facultatem probandi ad unam speciem probationis tantum, possunt tamen testes spectatæ fidei produci. et admitti.
118 Conclusio causæ, et renuntiatio productionis testiũ æquiparãtur.

119 *Leges magni faciunt probitatem, fidem & integritatem unius ho minis, et nu.* 120. 121.

123 *Testis unius probitas et spectata fides supplet defectum contestis minus idonei. Limit. nu.* 124.

123 *Testiũ certus numerus quando requiritur ad solẽnitatẽ uel substã tialẽ actus, aliorum testiũ integritas non supplet unius defectũ.*

125 *Notarii unius integritas, an alterius defectum suppleat.*

126 *Testium defectus suppletur per fidem et integritatem notarij.*

127 *Testis notæ et spectatæ fidei potest dictum suum corrigere usque ad publicationem testium.*

128 *Testis dictũ cum dubitatur an ualeat, quando.s. notarius, qui cũ examinauit, scribit, quòd idem per omnia deposuit, atque alij testes, indubitanter ualet, modo sit bonæ famæ et opinionis.*

129 *Testis si dicat se aliter deposuisse, quã scriptis exceperit notarius utri potius credendum.*

130 *Vitæ anteactæ qualitas excludit præsumptionem furti, aut ind cium alias sufficiens ad torturam.*
Et quid si res furto sublata, reperiatur apud quempiam, uirum alioquin spectatæ fidei, nu. 131.

132 *Testis dictum, non citati sed sponte deponentis, fidem facit, quan do persona est fidedigna.*

133 *Præsentia alterius partis an necessaria in iuramento testis, cuius dictio necessario standum est.*

134 *Consultor an et quando teneatur iurare se recte consulturum.*

135 *Xenocratis summa probitas et integritas, quanti ponderis fuerit apud Athenienses.*

136 *Testis iuratus deponere debet, alioquin eius dictum, nullum.*

137 *Testis non iuratus, uir spectatæ fidei, præsumptionem facit, alio rumq; testium fidem corroborat.*

138 *Instrumentum exemplari potest per priuatam, eamque hõnestam personam si publica desit.*

139 *Mercatores, præsumuntur fidei probatæ.*

140 *Mercatoris domus, ueritatis et æquitatis officina debet esse.*

141 *In mercatorum causis non conuenit de apicibus iuris disputare.*

142 *In mercatoribus exuberantissima fides requiritur.*

143 *Prælatus an possit suis cõsanguineis committere œconomiam ec clesiæ.*

144 Iudicis

1 Quinquagesimoprimo, Siquis alias optimis moribus, atque uitæ sanctimonia commendatus deliquerit, ut nemo uacat prorsum malo neq; crimine, teste Simonide apud Stobeum, et contra naturam pene est, ut quis sit in peccato, ut testantur decreta canonica in §. nomine. 25. di. ubi et glo. citat tritum, -Nemo sine crimine uiuit. est ꝓculdubio cũ eo clemẽtius agẽdũ, ut est tex. elegãs in l. non oẽs, in prin. ff. de re mili. ubi scribitur, nõ oẽs in eodẽ genere peccati similiter esse puniẽdos, sed habere rõnẽ ante actæ vitæ. quẽ tex. ad hoc not. Alex. cõs. 121. viso ꝓcessu, col. 2. uer. cõcurrit & alia. li. 7. Et ꝑ illũ tex. dicit gl. in c. si qui a simonia, in uerbo, probare. 1. q eandem. s.

à pudico in impudicum trahat amorem. proximus. n. est & facilis gradus ab amore spõsali & honesto ad carnalem & inconcessam Venerem, ut testis est & idem locupletiss. Hieron. in reg. sanctimonialium, ad Eustochium, c. 18. & & rursum in alia ad Rusticum epistola. & D. Thomas Aquinas in opusculo de modo confitendi, & puritate conscientiæ in c. de periculo familiaritatis dominarum.

2 Igitur ut ad Virg. & Did. redeamus, illa quidẽ nõ sua spõte à principio de uirtutis habitu deiicitur, sed ut ille ait, Veneris consilio, & cupidinis uirib. qu d suprà prætermiseramus, ac postremo virtutib. nobilitate generis, specie corporis, & suauiloquentia ipsius Aeneæ oppugnatur, interimq; insurgit aduersum rationem appetitus, cum. s.

Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni. Cumq;
Multa uiri uirtus animo, multisq; recursat Et cum
Gentis honos, hærent in fixi pectore vultus, Cum sentit
Verbaq;.
-Huic uni potuit succumbere culpæ.
-Veteris uestigia flammæ.

Neq; tamen uincit rõnẽ appetitus, sed uincitur cũ dicit,
Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Herebi, noctemq; profundam,
Ante pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.
Ille meos primus, qui me sibi iunxit, amores
Abstulit, ille habeat secum, seruetq; sepulchro.

In quib. quidem ex temperata (qui est ipsius virtutis habitus) continens duntaxat effecta est, nondum aũt incontinens. Mota. n. fuit, ut iam dictum est, à principio Dido; vt Aeneam amet, tum uirtute, quam unam in uita contẽplationi dedita intuemur, tum & his quæ humanis cetib. non solũ bona, sed & sũma bona existimabantur. Quis. n. generis nobilitatem, quis formæ dignitatem, atque excellentiam, quis denique mult ornatu insignem orationem inter sũma non adnumeret? Tandem uerò cũ ad tot acerrimos hostes, blandæ sororis Annæ persuasiones accessissent, superior euasit appetitus, & rõnem quãuis inuitam

& relu-

& reluctantem traxit, factaq; est demū mulier nō prorsus intemperans, sed incontinens, cum illi suis Anna dictis.

Incensum animum inflammauit amore,
Spemq; dedit dubiæ menti, soluitq; pudorem.

Postremò verò per ipsam incontinētiā obduxit habitū ī temperantiae. quod planè ostenditur, cum demū dicitur.

Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem.

Quibus quidem mouemur, quam multi sint à uirtutū habitu ad habitum uitiorum gradus, quàmq; aegrè, & cum magna difficultate ab illis ad ista diuertimus, ut recēter ipsum vsu euenire prae difficultate & temporum interca pedine necesse sit.

3 Ex quo illud exiit, quod Iurisconsulti solent dicere eū qui bonus anteà fuerit, nūc & bonū praesumi, rationēq; anteactae uitae cōsiderādā esse, ad aestimanda metiēdaq; facta dicta ve hominū, l. ult. si ff. de actio. & oblig. & l. de sertoré. §. is qui ad hostes. ver. sed etsi ex improuiso, ibi, ī specto eius uitae praecedētis actu. & l. nō omnes. in prin. & §. à barbaris. & quod ibi not. glo. ff. de re mil. & l. deinde. §. Iulianus. ff. de libe. exhi. & l. diui fratres, post princ. ff. de libe. cau. & l. famosi. ff. ad leg. Iul. maiest. & l. ul. iuncta glo de. q. & l. 3. ff. de supec. tut. & l. 1. C. si quis impe. maled. ibi, ex personis dicta pensamus, & c. mādata. & c. cùm in iuuētute. in prin. de praesum. vbi nō est facilè credendum eū qui diu se honestum & prouidum exhibuerit statim fuisse adeò īmutatum, vt se uitiis turpiter cōtaminarit. & quod ibi dicit gl. & bald. & in c. in primis 2. q. 2. ante fi. ibi, nec ipsis de eo credēdum fuit, si uita & opinio eius talis ante nō extitit. & quod voluit glo. & doct. ī l. 2. C. de furt. & Bal. post Ioan. And. in c. dudū. eius initii 2. co. vlt. de elec. & Guido Suza in tractatu de tormētis co. 8. in paruis, ver. itē indiget. & quod per tex. in d. §. ex barbaris. voluit Bal. in l. quotiēs. §. sed etsi nō in corpore, in prin. ff. de haere. inst. & in l. 1. cōl. 5. uers. nota quod confessio. C de confes. & con. 133. quaedā mulier. in prin. 2. dubii lib. 1. & con. 176. Cecilia recessit a Fran. lib. 1. vbi dicit per illū tex. quòd rarò corrigitur quod venit in con

ſuetudinem.& cō.410.in cauſa & quæſtione Antonii. co. pe.li.2.& Io.Fab.in §.ius autem gentium.col.pe. ver.itē nota quòd ſi duo,inſti.de iur.nat.gen.& ciui.& Imo.con. 137.viſa inquiſitione.in fi.& Rom.con.54.viſis circa id. colum.2.ver.4.idem probat.Quibus mirè congruit dictū Ciceroniarum ſupra relatum,& quod dicebat Epicurus, ſi Laertio credimus,Eum qui ſemel fuerit ſapiens,in con trarium habitum tranſire non poſſe.

4 Sed iam de his ſatis ſuperq;.Nūc illis occurrēdum eſſe operæpretium eſt,qui fortaſſe dicent ſatis abſurdum uide ri,his tantū tribui,qui boni uiri putantur, ut illis paſſim credendū ſit,& pro eorū actibus præſumēdum, præſertim aliorum magnū præiudiciū, cùm ſint plerique qui ueluti ſepulchra dealbata(vt vtar verbis Dei Opti.Maxi.)Mat. 23.longè alios quam ſint,fronte & vultu mentiātur, & ſi mulāt,qui tametſi foris & in propatulo hominibus iuſti appareant,& probi atque veluti, impeccabiles, intercuti bus tamen uitiis madeſcūt,& ut idem Chriſtus teſtis eſt, ſunt pleni hypocriſi & iniquitate.

Qui Curios ſimulant, & bacchanalia viuunt.

vt ait Iuuenalis Saty.2.Quidq;,vt dicit tex.ī c.vt officiū, poſt prin.de hæreti.li.6.ſub agni ſpecie lupū gerūt. De q bus ēt loqnitur glo.ī l.illicitas.§.illicita miniſteria.ff. de offic.pſid.& D.Hiero.cum dicit eleganter. Sæpe ſub habi tu ouis lupus delitescit.Et ſane fuerunt ſemper ſuntq; no ſtra tempeſtate,& erunt poſtea,qui palliati , barbati ince dunt,nomē ſanctitatis tali habitu vſurpantes.vt non ſolū philoſophi habeantur,ſed & deorum cōſiliarii,& cerimo niarum antiſtites ſinceriſſimi exiſtimētur,cū re uera ſint animalia ſpurca, & probra,& impoſtores ſint mali & ma litioſi,nulla re prorſus bona digni,foris triſtes, domi diſ ſoluti,ueſtitu philoſophi,& factis,moribus ſpurciſſimi, flagitioſiſſimi nequiſſimi.Quod ansā præbuit Iuuenali, ut id qđ nup citauimus,paulò poſt ſubiiciēs exclamaret,

Fronti nulla fides.

Idcirco Cicerò in prima epiſtola ad Q.fratrē, periculoſū eſſe arbitratur iudicare,probuſne ſit quiſpiā an īprobus.

Multis

Multis.n.vt ille dicit,simulationũ inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdã obtẽditur uniuscuisq; natura,frõs, oculi,vultus ꝑsæpe mẽtiũtur,oratio vero sæpissime.Et alibi ĩ ea videlicet oratione,quã cõtra Luciũ Pisonẽ dixit,ĩ hũc modũ exorsus ẽ,Iamne vides belua,iamne sẽtis,quæ sit hominũ quærela frõtis tuæ?Nemo querit Syrũ nescio quẽ de grege nouitiorũ factũ eẽ consulẽ.Nõ.n.color iste seruilis,nõ pillosæ genæ,nõ dẽtes putridi deceperũt, oculi,supercilia,frõs,vultus deniq;,qui sermo quidẽ tacitus mẽtis ẽ,hic ĩ errorẽ homines ĩpulit,hinc eos quibus erat ignotus,decepit,bos fefellit,hic ĩ fraudẽ induxit,&c.locus.n.ĩ prõptu ẽ.rursũq; ĩ alia oratione ꝓ P.Sexto de eo dẽ Pisone loqu s, Altero Dii boni,quã teter incedebat, quã terribilis aspectu?vnũ aliquẽ te ex barbatis illis exẽplũ imperii veteris,imaginen antiquitatis, columen Rep.diceres intueri.& paulo post,Nã quid ego de supercilio dicam,quod tamen hominibus non supercilium,sed pignus Reipu .videbatur?tanta erat grauitas oculo, tãta contractio frontis.vt illo supercilio,tanquam virtutis vmbraculo niti videretur.Era hic omniũ sermone Reip. magnum firmũq subsidium.Et mox, Etenim animus eius vultu,flagitia parietibus tegebãtur.Ex quibus verbis colligere licet,Pisonẽ tãtã ꝑse probitatẽ ferre solitũ vt omnes hoc ipso deciperet,eũ talẽ eẽ qualẽ se gerebat existimãtes,cũ tamẽ reuera esset omniũ flagitiosissimus.

5 In quam etiã sententiã Origenes Adamãtius,qui dogmata disciplinasq; philosophorum omniũ prope tenuit, homilia in Lucam 2.illud enarrans,Erãt autẽ iusti ambo in conspectu Dei,ambulantes in omnibus mandatis,&c. sic ĩ ſi.elegãter simul & grauiter.Poterat simpliciter scribere,erant iusti ambo ambulantes in omnibus mandatis Nunc autẽ necessario additur,iusti ambo ĩ cõspectu Dei Põt quippe fieri vt sit aliquis iustus ĩ cõspectu hominũ sed nõ ĩ cõspectu Dei.Et infra pauci interiectis,Beatus, inquit,qui in conspectu Dei iustus est, atque laudabilis homines.n.quãuis certum judicium habere videãtur, tamen non possunt ad liquidũ pronunciare. Euenit quippe

interdum, ut laudẽt eũ, qui non eſt laudabilis, & ei detra hãt, qui minime detractione dignus ẽ. Solus Deus & ĩ laude & in vituperatione iuſtus ẽ iudex, unde digne nũc additur, in laude iuſtorũ, Etãt iuſti ambo in cõſpectu Dei. Quibus ſuccinit & tex. in c. titius, in prin. de poeni. diſt. 2. bi ſæpe homo multis occulte peccatis inuoluitur, qui in virtute magnus videtur.

6 Ex quibus exierũt multa a Græcis profecta prouerbi, quale illud eſt,

Πολλοί βȣ́κεντα, ταῦροι δ' ἐ γῆς ἀροτῆρες,

Qui tauros ſtimulent multi, ſed rarus arator.

Et illud,

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δὲ τε μα'ντιες ἄνδρες,

Plures thriobolos, paucos eſt cernere vates.

Cuius originem quanuis Zenodotus tradat, idem tamen Plato in Phædone vſurpat,

πολλοὶ τοι ναρθηκοφόρι, πα'υροροι δ' ἐ τε βα'χοι.

Plures Tyrſigeros, paucos eſt cernere Bacchos.

Sed & Marcus Varro De re Ruſtica lib. 2. c. 1. eandem ſententiã extulit diuerſa metaphora. Sed nõ omnes ĩquit qui habẽt citharã, sũt citharœdi. Quibus palã ſignificatum, vt elegãter deſcripſit ipſe Eraſmus cõpluribus mortaliũ adeſſe uirtutis inſignia, aut ẽt famã, qui tũ uera uirtute vacẽt. Sed & quod magis mirãdũ ſit, plerịq; aſtrorũ lege his aſtricti moribus ut præ ſe ferãt quod nõ sũt. ſcribit. enim. Firmicus Maternus lib. Maz. eos qui in horoſcopo habuerunt hoedum. fucato aſpectu, mentiri ſeueritatem ut Catonis frontem, & inſtitutum imitari uideantur.

7 Proinde cũ tot ſimulationẽ adũbrationibus mores hominũ obuoluãtur, & (ut ait Pli. lib. 3. epiſt. ad Corneliam Hiſpullã ſcribẽs) ulta hominũ altos receſſus magnasq; latebras habeat, proptereaq; ſit uix cuiq; niſi ſoli Deo poſſibile, probũ ab ĩprobo iuſtũ ab iniuſto, bonũ ſãctũq; a malo, atq; ꝓphano diſcernere, nobiſq; multũ ĩmineat in cõmodi, atq; diſpẽdii, ſi quod ſæpiſſime euenit, ꝓbos atq; ſãctos, mẽtiẽte eorũ uultu. exiſtimabimus, qui oĩb. uiciis atq; facinorib: erũt deditiſſima, uidetur nõ tãtũ illis eſſe

tribuen-

tribuendũ, qui boni apparent, ut eis in maximum aliorũ præiudicium temerè credamus, atque pro eis quidquid ipsi egerint, præsumamus, usq; adeo, ut a iure cõmuni recedamus, cõtra tex. in c. miramur. 61. di. ubi in hæc uerba scribitur, Non enim in cuiusque persona permittendum quod institutis generalibus continetur. ubi gloss. no. non esse propter personam à iure communi recedendum, in idq; citat & alia iura, quæ inibi uidere poteris
8 Quibus adde & tex. in c. 1. 78. di. ubi nullus ẽ ante ætatẽ idoneam proesbyter ordinãdus, etiam si ualde sit dignus. ideoq; no. gl. ibi, non esse derogãdũ iuri cõmuni propter personã. Adde itẽ tex. in c. 1. ut lit. penden. ubi nõ tenuit subreptitia impetratio di. Thomæ Cantuariensis episcopi. propterea ex eo. tex. no. Bal ibi in ult. not. non esse ptopter uitæ meritum, à iuris cõmunis dispositione discedendũ. quod dictũ sequitur & facit sing. Barb. con. 18. præclarè scriptum est, col. 10. li. 2. sequitur etiã Ias. qui hoc dicit nunquã esse obliuiscendũ, in l. qui iurisdictioni, col. ul. uer pro ista limitatione. ff iurisd. om. iud. Philip. De. in c. postremo, in fi. de appel. & ĩ repe. c. decernimus col. 15. uer. 2. conclusio, de iudi. & in c. at si cleri. col. 4. in 6. limitatione, eo. tit. ubi per hoc reprehendit post Barba. ibi dictum Bal. in l. sed & reprobari. §. amplius. ff. de excusa. tut. ubi uoluit per tex. ibi, ĩ illis uerbis. Maximè disciplinatus homo, ꝙ propter excellẽtiã hominis, receditur ab omni iure, omniq; statu. id quod reputat notatu dignũ
9 Quanquã hoc dictum Bal. ne id prætermittamus, secuti fuerunt Rom. Ale, & Ia. in l. cum quid. ff. si cert. peta idẽ Rom. in repe. l. si uerò. §. de uiro. in 53. fal. ff sol. matrim. & Barb. sibi cõtrarius in prooem. cle in uerbo salutẽ, col. 11. uer. 8 & seq ubi ad hoc dicit sing. tex. in d. l. sed & reprobari. & Fel. in rub de maio. & obed. col 3 & Ias. in l. 1. co. 2. ff. de legi. ubi ad hoc facit sing. tex. ĩ d. §. amplius.
10 Sed redeundo ad institutum, quod diximus, nõ eẽ recedendũ a iure cõmuni propter personæ meritũ, cõprobat & ipse Bal. in ca. sedes. paulò ante finem, de rescri. ubi dicit, quod ubi quaerimus de simplici iustitia, nõ curamus

merita personarũ,per l.cũ pater.§.rogo. ff. de lega.2. cũ adde & optimũ tex.a nemine,quẽ uiderim(nisi me fallat obliuio)in eã rẽ annotatum,in c.mulier in uerbo, sancta 23.dist.& quod dicit gl.in clem.ad nostram, in uersicul. 2.per tex.ibi,de haeret.Neminem sanè esse edeò bonum & perfectum, quin legi subsit. & sequuntur Cardin. & Pan.ibi,& iden Pan.in c.solitae.per illum tex. de maio. & obedi. & imo. in rub. de consti.li.6.colum.3.Felyn.in Propoem.rex pacificus,post prin.

11 Idq; quod no uoluit Bal.in c.cum contiguat, col.2.de rescrip.quod si quis dicit se appellasse,vel procuratorem esse ad petendos apostolos,nõ ei creditur,licet sit uir præ clarè famè,nisi legitimè doceat.Et idem Bal.in c.iurauit, col.3.uer.si item si esset aliquis.de probat. ꝗ post didisci ta testificata,nõ admittẽdus est ad ferendũ testimonium ẽtiã uir tãtae sanctimoniæ, ut nulla omnino esset subornatiõis suspicio.Etꝗ suprà diximus est Barb.authoritate de hærede magnæ sanctimoniæ,qui nõ cõfecit inuẽtariũ.

12 Et hanc quoque partẽ confirmat, quod suprà adduximus ad probandum sanctimoniã,& uirtutes hominũ,plerunq; ad dispensandum cum illis, contra iuris regulas ꝓ uocare.Nã cum sit opus dispensatione,satis demõstratur non id fieri ex iuris cõmunis dispositiõe. Propterea Ro. con.216.electio dicti domini.col.2.uer. cæterum nec est dicendum.notat ex tex.in c.innotuit.de elect. quẽ supra inter alia citauimus,quod personæ honestas,uitae probitas,& fama electi,non supplet defectum illegitimationis ideoq; necessariam esse dispensationem,ut ibi dicitur.

13 Quibus sigillatim ita respondẽdum esse dico. primum ad id quod de graui aliorum præiudicio dictum est,illud quidẽ quod suprà multorum authoritate cõprobatum ẽ, uidelicet personarum sanctitatẽ atq; integritatem, multum habere ponderis cõtra generalia legum decreta, ita intelligendum esse atq; procedere, nisi rei & negotii arduitas,& magnum aliorum præiudiciũ aliud suadeat, ꝓ id quod uoluit Bal.ĩ l.unica,co.3.in 2.oppo.uer.quid ergo est in codicibus mercatorum.C. de cõfes.stãdum esse

priua-

priuatæ scripturæ mercatoris etiã pro se, & in articu. separato, quãdo est notabilis & fidedigna persona, duntamen quãtitas si parua, alias secus. Cuius dicti authoritatẽ subnixus Fely. in c. literas. co. 3. uer. 1. est de præsump. asserit nihil operari uiri sanctitatem, in alterius præiudicium, quando causa est maximæ, ut dicit, importantiæ. Cui plane sententiae consonat, quod no. uoluerunt Ant. & Pan. in c. 2. & ibi latè ipse Fely. col. 3. uers. falli tertio. de fide instru. intelligẽtes quod supra diximus, priuatam scripturã aut rationes defuncti, qui laudabiliter uixit, facere præsumptionẽ, &c. quando scilicet non est immodica quantitas. Neque longè abest quod dicit Bar. aut quisquis is fuit, in l. palatinos. C. de colla. fund. fisc. lib. 11. ꝙ etsi ambasciatori, qui est notabilis persona, aut baiulo, qui notus est, debeat credi sine literis, procedit tñ, nisi agatur de magno præiudicio, per tex. ibi, & ĩ l. facultas. C. de iur. fisc. & l. missi opinatores. C. de exac. tribut. eo li. ꝙ & sequitur Fely. in c. quod super his. col. 2. de fid. instr. ubi & per hoc aliud dicit, quod licet Card. aut alteri ꝑsonæ, dicẽti se legatũ Papæ credatur sine literis, c. nobilissimus. & ibi gl. 91. di. cũ his quæ supra allegauimus, hoc tñ ĩtelligẽdũ ẽ, nisi ageretur de magno ꝑiudicio. & idẽ dicit ipse Fe ĩ c. ad euidẽtiã, co. 1. uer. limita oẽs, de sent. excõ.
14 Quin plus dicit gl. not. in c. sicut. eod. tit. quod dictum c. nobilissimus, intelligitur, cũ nulli fit præiudiciũ. quã sequitur Pan. qui illã facit sing. et Fel. ibi, et idẽ Panor. in c. cũ olim. eius initii 1. co. ul. uer. in eadem gl. de priuile. ubi et illã dicit no. et in c. cũ ĩ ecclesiis. de maior. et obe. et in d. c. 1. col. ul. de iud. et c. cũ in iure, et ibi Fel. in pri. de offi. dele. et Ang. con. 182. mandatũ principis. et Phil. Corneus con 155 quanquam uideatur, in fi lib. 1. et Fely. in c. sicut. col. pe. uer. fallit quarto, de iudic.
15 Et facit quod uoluit Bal. in addi. Specul. tit. de homic uer. an mortuus febre. quod nõ creditur soli medico dicẽti vulneratũ ex vulnere obiisse, etiã si sit bonus vir, cum agatur de magno præiudicio. Et quod dicit Pano. in c. 1. char. ul. co. 1. uer. an autem in casu. de iudic. quod si non
constat

constat de cõmissione iudicis, nuntius autẽ sit bonae famæ, & agatur de modico præiudicio, præsumitur interue nisse commisio, per no. ab Inno. in ca. 1. de cler. pereg. quæ supra adduximus Et quod post alios scribit Feli. i c. Albericus, co. ul. de testi. quod i actu cõfecto a probo uiro presumitur interuenisse solẽnitas extrinseca, cum agitur de modico præiudicio, per no. ab ipso Inno. in d. c. 1.

16 Ex qua limit. (ut vocamus) siue restrictione illud, pfectũ uideri põt, quod cũ aĩa oĩb. reb. & causis sit anteponẽda. l. sãcimus nemini. C. de sac. ec. ideo ubi agitur de periculo animae, nihil virorũ sãctitas facit, ubi quippiã dixerint, aut præceperint, nõ illis ante credẽdũ ẽ, quã sciamus illos adeo impetrasse quæ postulãt & tũc facere quod mãdãt, neque. n. statim videri debet diuina maiestate concessũ, quod fuerat humana pollicitatione promissũ, ut scribitur in c. si quis praepostera 50. dist. ubi gloss. vlt. ex eo no. nõ eẽ statim credendũ ẽt bonoviro. Ad quod ẽt citat. c. ego solis. 9 di. vbi, & ad hoc est tex. optimus, in hæc verba, Alios autẽ ita lege, ut quãta libet. sanctitãte polleãt, nõ ideo verũ putẽ, quia ipsi ita sẽserũt, & ibi no. gloss. nõ eẽ cõsiderãdũ quis dicat, sed quid dicatur. Ad quod ẽt allegat ca stãdũ. 19. di. ubi est tex huiusmodi, Adeo aũt nõ requiritur, quis, vel qualis prædicet, sed quid prædicet. & subdit gloss. in d. c. ego solis, paulo post, nõ prodesse sãctitatẽ personae, ut citius credas, per d. c. si quis præpostera. Denique diuus Thomas secunda secũdae q. 70 ar. 3. in fi. nõ esse de quolibet praesumendũ bonum, ubi alterius imminet periculum, ad hoc referẽs illud euãgelicum, Noli te credere omni spiritui. & illum refert, & sequitur Feli. in d. c. cum in iure. in prin. de offic. deleg.

17 Ad secundum, quãdo diximus iudicatu eẽ difficilimũ bonusne sit quispiã, an malus, & plerosq; uideri probos, qui sunt improbi, dicẽdum ẽ illud sane, ut dictum est, sæpissime accidere. Verum nemo fuit tã peritus, sagaxque & egregius simulandi ac dissimulãdi magister, atque artifex, quin breui præruptis atq; exutis paulatĩ inuolucris vel inuitus prodat, & detegat innata atq; ingenita vitia

quæ

quæ aliquãto tẽpore dissimulauit. Nã vt lib.2.Officiorũ scriptũ reliquit Cicero, ficta omnia celeriter tanquã flosculi decidunt, nec simulatũ quicquã põt eẽ diuturnũ. Et ĩ ea oratione quã nuper citauimus, pro P. sexto cũ illud dixisset, Etenĩ animus, vultus, flagitia parietibus tegebantur, mox subiunxit, Sed hæc obstructio nõ diuturna fuit. Sextus quoq; Pytagoricus (is est quẽ citãt decreta canonica in c.origo.32.q.4.in illis ipsis sentẽtiis in ibi relatis) Nulla, ĩquit, dissimulatio multo tẽpore latebit. Quã sẽtẽtiã cõprobat Seneca ad Neronẽ De clemẽtia, Nemo prodest personã diu ferre fictã, ficta cito in naturã suã recidũt. Ideo menãdri sentẽtia est, Latere vsque in finẽ ne putes, malus existens. Cui oĩno simile illud Platonicum libro 2. De iusto, Difficile vt malus quis semper lateat.

18 Sed & huc pertinet nostrorum sententia, Res de facili ĩ suã naturã reuertitur. ad quod allegat l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & c. ab exordio. 35. di. & ad id quoq; Maria. senior consil. 35. circa prædictam consultationem. columna 6. citat illud Seuerini,

Repetunt proprios quæque recursus,
Redituque suo singula gaudent.

Et faciũt quæ alibi differemus, tempus esse parẽs veritatis, nihilque omnium rerum diutius celari posse. Et quod dicit Menander ipse in Oedipode, Tempus solum iustum uirum ostendit.

19 Quæ cũ ita sint, nemini sane non erit explorata indubieque perfecta eius integritas, qui se probũ atque honestum virũ exhibuerit, non in vno actu solum, sed in pluribus, neque paruo quidẽ tempore, sed diutius ut omnis interim simulatio, si quæ esset, procul facessat. Et ideo ex cõcilio Laodicensi, hi tãtũ ad ecclesiasticã dignitatẽ episcopi iubẽtur promoueri qui plurimo tẽpore probati fuerĩt, tã uerbo fidei quã rectæ cõuersationis exemplo. c. episcopi. 24. di. Et ante Paulus ille ellectionis vas ꝓhibuerat, Neophitũ, id est nouiter ad fidẽ conuersum, in episcopum ordinari. 1. ad Timo. 3. c. & repetitur 48. di. per totũ Et alibi dicit glos. in ca. cõsuluit, decimoseptima quæst.

quarta.

quarta.ad id referens tex.ibi,quod Iudæis recẽter noſtræ religioni mancipatis nõ debent cõmitti officia publica, ſicut nec ipſis Iudæis,quaſi nõdum ſatis firma ſit,& probata huiuſmodi virorum noua fides, virtutes ad delicti commiſi veniam impetrandam prodeſſe.

20 Sed,& ẽ tex.nõ hoc minus cõprobãs,ĩ c. eos qui.prima quæſt.ſeptima.vbi remiſſius agitur cũ ſimoniaco quẽ alias vita cõmẽdat.Ad quod ẽt Pan. exiſtimat referẽdũ tex.ĩ c.niſi ſpecialis,de offic.deleg.vbi Papa cuidã remiſit penã ob ſpecialẽ quã erga eũ habebat dilectionẽ, ortã videlicet,vt ibi cẽſet Pan.ex ipſius,qui deliquerat virtutibus,& ita ẽt interpretatur Barb.dicẽs illũ text. ad hoc ſingul.ĩ l.Titius.co.nona.ff.de verbor.oblig.ꝙ,& nos alibi diximus ſupra ĩ decimaſexta cã,ĩ fi.Et bene facit quod ſcribit Bald.ĩ l.data,col.prima.C.qui accu.poſſ.quod iudex,dũ poenas imponit,debet reſpicere dignitatẽ, ætatẽ, & merita prioris vitæ,ſecundum no.in l.quid ergo.§.poena grauior.ff.de infa.& in l.& ſi ſeuerior.C.eo.

21 Ex hoc manare dicit Pan.ĩ d.ca.niſi ſpecialis.& rurſum in ca.cum quidam.colum prima.in fin de iureiur. id quod poſt diuum Thomam ſecunda ſecundæ, quæſtione 186.articulo primo,addit Io.An.ĩ c.accuſatus.§.vlti.de hæret.libro ſexto,quod in eodem genere peccati religioſus peccãs occulte,& abſque ſcandalo,non ex cõtemptu nec cõtra uotum religionis,peccat leuius,quã ſecularis, nã ex multis bonis,quæ facit,abſorbetur peccatũ ipſius religioſi,ſi ſit leue,& ſi ſit mortale,facilius ab illo reſurgit,propter intẽtionẽ quã habet erectã ad Deũ. quæ licet ad horã offendatur,tamẽ de facili reparatur,ſicut Petrus poſt culpã ſtatĩ amariſſime fleuit,ut pater Matthæi uigeſimoſeptimo,& quid dixit pſal.quĩquageſimo,Peccauit,& malum corã te feci.Ideo ſcribitur Prouerbiorũ uigeſimoquarto,& repetitur ĩ decretis canonicis ĩ capit. ſepties,de poe.diſtĩctione tertia.Septies ĩ die cadit iuſtus & reſurgit.Ergo licet iuſtus cadat,nõ tamẽ perdit nomẽ iuſti,ex quo per bona opera ilico reſurgit. Et propterea ſcribitur Pſal.trigeſimoſexto,Si ceciderit iuſtus,nõ collidetur,

detur, quia supponit Dominus manum suam. Et hoc quo que sequitnr idem Pan. in c. 2. vbi est bonus tex. & glosa de dol. & cõtu. & idem Pan. in c. sed nec. ne cleri. uel mõ. & Domi. in d. c. accusatus §. vlt. & c. homo christianus. 40 dist. & Feli. in d. c. cum quidam. in prin.

22 Et his succinit tex in c. talibus, de poe. di. 2. vbi talibus Deum diligentibus omnia cooperantur in bonũ. & usque adeò prorsus omnia, ut ẽt si qui eorum deuiant & exorbi tant, etiã hoc ipsum facit eis proficere in bonum. & glo. ibi addit occasionaliter, quia fortiores resurgunt. allegat in arg. c. considerandum, & ca. fidelior. quinquagesima di. & c. mutare. 6. q. 1. qui canones loquuntur de Petro, qui fidelior factus, est postquam peccauit.

23 Adde, & quod secundo Paralipo. decimonono capite in prin. Iesu propheta regem Iosaphat ĩ hæc uerba alloqui tur, Impio præbes auxiliũ, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, & idcirco irã quidem Domini mereba ris. Sed bona opera inuenta sunt in te, eo quòd abstuleris lucos, &c. Ex quibus verbis facilè percipitur p͂cã minui propter merita, & uirtutes & Deũ ipsum minus irasci his qui peccant, alioquin iustis, & bonis. Sed & huc vergit il lud Ezechiæ regis Iuda in eo. lib. capite trigesimo, Domi nus propitiabitur cuuctis, qui ex toto corde requirũt Do minum Deum patrum suorum, & nõ imputabit eis, qu d minus sanctificati sunt. Igitur si Dominus iustis probisq;, qui aliquando peccarũt, sit propitius, illisq; leuius illius succenset, idipsum quoque, & nos facere debemus, quos illius imitatores esse præcipit Diuus Paulus ad Ephesios capite quinto. uide Thomam in quarta dist. vigesimasecũ da quæst. prima, capite quinto, & Baldum in lege prima. C. si ser. uendi,

24 Huc quoq; pertinet locus Oratorum quem Deprecationem uocãt, cuius ĩ 49. causa, nõ semel meminimus, de quo Fabius oratorum (Ciceronem semper excipio) prin ceps, lib. septimo Oratoriar. Institutio. c. quo de qualita te disserit, in hæc uerba scribit, In senatu, & apud populum, apud prin[illegible]i, & ubicunque iuris clementina est,

habere

habere locum Deprecationem,in qua plurimũ ualent ex
ipſo,qui reus eſt,hæc tria,in uita præcedẽte, ſi innocẽs,ſi
bene meritus,ſi ſpes in futurum innocẽter uicturi,& ĩ ali
quo uſui futuri.Et ante eum Tullius, ſiue is Cornificius
fuit,ſiue item alius, in li.1.Rhetoricorũ ad Herennium,
Deprecatio eſt(ait)cum peccaſſe & conſulto reus feciſſe
confitetur,& tamen poſtulat,ut ſui miſereatur. hoc in iu
dicio non poteſt ferè uſuuenire. niſi quando pro eo dici-
mus cuius multa recta eſſe conſtat.Et iterum li.2. Depre
catione(inquit)utemur,cum fatebimur nos peccaſſe,ne-
que id imprudẽter,aut fortuitu,aut neceſſario feciſſe di-
cemus,& tamen ignoſci nobis poſtulamus.Hic ignoſcẽdi
ratio quæritur ex his locis, ſi plura aut maiora officia,
quã maleficia uidebuntur conſtare,ſi qua uirtus aut nobi
litas erit,ĩ eo qui ſupplicabit,ſi qua ſpes erit uſui futura
ſi ſine ſupplicio diſceſſerit,ſi ille ſupplex,mãſuetus & mi
ſericors in poteſtatibus oſtendetur fuiſſe.Hoc loco uſus ẽ
Quintilianus suus Declamatione 310.inquiẽs in ſi. Qua
ſecunque crimen donari meritis,donari uirtuti poteſt.
25 Quid?quod alias in multis iuris articulis,a regulis ipſi
us iuris cõmunis diſcedimus,multaq; ſpecialia(ut loqui
mur)ĩtroducta sũt ob merita, proboſq; mores atq; uirtu
tes perſonarũ?(ut ſic loquamur cũ noſtris in qua re quia
latiſſimè patet,eſtq; admodũ utilis, paulo longius expa-
tiabimur,ut ẽt legentes cognoſcãt,quanti leges noſtræ,le
gumq; interpretes bonos proboſque uiros faciant.
26 Imprimis occurit,ut ferè ſemper obuia eſt ĩ legum cõ
mentariis,gloſa in l.Titio fundus.ff.de cõdi. & demonſt.
Ex qua illud aſſumitur,quòd etſi nõ debemus alterius aſ
ſertioni facilè,citoq; temerè credere.l.1.§. dolum. ff. de
eo per quem fac.erit.& l.3.§.ſed ſi ſic accepit.ff. de in rẽ
uerſo.& in lege ſecunda.ff.quod ſal. tut.auth. & l.nimia
crudelitate.C.de actio.& obliga.& lege,ſicut. & ibi Bal.
in fin.C de fid.inſtrumen.& c.ſiquis præpoſcens.quiqua
geſima diſtinctione.& c.ſi quid ergo. 86.diſt. qui textus
etiam repetitur decimaquinta quæſtione ſeptima. & rur
ſum in cap.licet Hely.uerſicu.nam iu[illegible] de ſimo. & ad c.
Deus

Deus Optimus 2.q.1.& c.nullum.3.q.5.& c.uisis literis in fi.ibi,nimis factus credulus.16.q.2.Idq; est quod dicit vulgaris ille non tamen contemnendus author,

Nil temerè credideris.

Et alibi,

Noli tu quidem referenti credere semper.

Et Q.Cicero M.tulii frater de petitione cõsultatus,Illud, inquit,teneto neruos atq; artus esse sapiẽtiæ,non temerè credere. Ouidius quoq; lib.3.de Arte amandi,

Nec citò credideris,quantum.n.credere lædat,
Exemplum nobis non leue Mopsus erit.

Et Iesus ille filius Syrach,vir quidẽ sapientissimus, ĩ Eccle.c.19.qui cito,ĩquit,credit,leuis est corde. quã sẽtẽtiã citat Fely.ĩ c.cũ contigat,co.pen.in fi.de rescrip. Propterea dicebat gl.in c.omnibus in uerbo,bonis.2.q 5. eos leues eẽ,qui cito crederẽt.Cui & simi'e illud ẽ,quod diuus Hiero.in regula sanctimonialium ad Eustochiũ,c.16.scribit,Non omnibus qui loquuntur,sis facilis ad credendũ. leuitas.n.in credendo,leuem denotat mẽtem.Adde quòd credulitas,si Fulgentio credimus,est mater deceptionũ. Ex quibus manifestum est, non esse nimis leuiter alteri credendum,neq; auditis fidem temerè præstandam.

157 re.†Quod & ipsū prope diuinitus sub inuolucro quodā poetico significare uoluit vir.ille naturae cōsiliarius,omniunq; rerū cōscius. Is.n.ut eruditissime declarauit Lādī. ī suis elegātissimus qōnibus Camaldolēsibus,& iterum cōmētariis quos ipsum Vir.sciēter quidē & erudite conscripserit cum Didonē primo īpudicitia tēperātiæ habitu confirmatam ostēdisset,tum illo uersu primo AEneidos:

Tum breuiter Dido uultum demisse locuta est.

Tū aliis cōpluribus nō illā postea scribit mox fuisse amoris uēeficius adeo īmutatā,ut repēte uades atq; alacris ex

temperata intemperans efficeretur sed paulatim,& uelu ti per gradus quosdã,idq; ægerrime,& non sine acerrimo certamine.neq;.n.statim ĩ amorẽ penitus lasciuũ,& feri nũ verũ humanũ,& eũ honestũ,& qui diuinũ quoq; aliquo modo saperet,incidisse tradit,ut qui non proficisce batur ex forma,& specie corporis, sed ex multa uirtute uiri,quẽ,& admiratã est Dido,& admirando amare coepit.Incepit igitnr irrepere uitiũ sub uirtutis specie, aliter.n.capi mulier tẽperata nõ poterat,cũ aũt patefacta iã eẽt amori uia ꝑ uirtutẽ,incoepit admiscere aliquid de tertius,sed nõ tñ malũ.Nã obtulit nobilitatẽ gñis, quae illã uehemẽtius deuinceret,atq; colligaret,ac demũ illã istis implicatã,ipsa corporis specie ac pulchritudine ag greditur,hæret n.pectore vultus,ut & religio,sed potius suspectã repẽtina sit,recesq; morũ conuersio, Aegisippo
158 teste lib.excidii Hierosolymitani,primo.† Igitur nemi nẽ probũ hoc loco existimare debemus,priusquã diutius mores illius probati fuerint.Neq;.n.ut scrbit Seneca lib. de Ira,secũdo,apertis manifestisq; priusquã diutius mo res illius probati fuerint,statim accedẽdũ est quaedã n. falla ueri speciẽ fuerũt.Dandũ semper est tẽpus veritatẽ enim dies aperit.In ha re autẽ tẽpus triennii adhibere debemus,ut probitatẽ cuiuspiã satis exploratã cõprobatamq; habeamus,maxime si olim fuerit nõ satis honestæ uitae,per tex.no.ĩ § 1.ver.hic autẽ nobis.(alias ille uer. allegatur pro §.)in authẽ.de mona.in illis uerbis,ad uir tutis augmẽtũ triẽnalis tẽporis testimoniũ,& c.& quod ibi no.Ang.de qua re dixi late supra,ĩ 29.cã.nu.5.incip. aut quocũq;.sed his quae ibi dixi,adde optimũ text.no.a paucis ĩ eã rẽ,annotatũ in c.si quis incognitus.17.qõ.2. ubi laicus ignotus non recipiendus est in monasterio nisi fuerit triẽnio probatus,& ita per illũ tex.uoluit glo.ĩ
159 c.ad apostolicã,& ibi post.eã Pan de regula.† Neq; ẽt satis est,ut semel quis,aut in unico actu bonus uir probatus sit,sed ut sæpissime & in pluribus diuersisq; actibus perspectus exploratusq; sit necesse est.Nam sicut vetere pronerbio apud Aristotelem libro Ethicorum 1.capi-

te 7. una hirondo uer nō facit, quod & usurpauit Bal. in l. iura constitui, in prin. ff. de legib. & in l. ul. vers. pone in instrumento non continetur. C. de bono. poss. secun. tab. & in c. 1. §. fi. rusticus, tit. de pac. Constan. & consi. 390. tam profunde, & copiose. col. ul. lib. 2. & consi. 326. super primo pūcto an dictus. &c. in prin lib. 5. & Soc. consi. 262. in causa magnifici. col. 4 & Barb. in prooe. cle. in uerb. hoc sane, col. 1. Sic nec unus actus satis est ad probationem consummatae, & absolutae uirtutis, ut satis innuit text. in prooe.. Insti. §. cūq; hoc Deo propitio. in illis uerbis, iam ex multis rerum argumentis accepimus: iuncta gl. ibi. Ex qua not. Io. Fab. quod ex unico actu nō debet quis iudicati bonus uel malus. Quibus adde tex. ī l. 1. C. de athle. li. 10. loquentē de tribus athletarum uictoriis, quasi non sati probatus sit, nisi qui tres uictorias obtinuerit. Ex quo no. Bar. & post eū Angel. & Io. de Plat. ortā consuetudinem referūt, qua quis ter examinetur, antequā ad doctoratus authoritātē promoueatur. Nec. n. ut subdit Plat. sufficit unū examē, quia semel quis posset bene dicere, magis fortuna quam peritia, ideo non mereretur uictoriā. l oēs, in uerbo, fortuna, & ibi gl. C de
160 præscrip. 30. an. † Nec, ut iam diximus, satis est modicū tēpus, id quod designat illud, quod illi prouerbio subnectis Arist. quo loco supra citauimus neq; unus dies, & sit itegra Aristotelis sentētia est hmōi, Ver nec una facit hyrundo nec unus dies, quam sententiam poeticis numeris eleganter complexus est Baptista Mantuanus,

Ver non una dies, non una reducit hyrundo.

Et ita tenuit e nostris Iac. Bel. ī eo qui pluries malus apparuit. in l. oīmodo. C. de inoff. test. & post est Luc. Pen, in l. quemadmod co. antepe ver. 2. quæritur. D. de agri. & cēsi. li. 11. † Et huic quod de unico actu diximus, mire
161 cōgruit quod ī simili dicitur, ex unō actu negotiationis, nō dici mercatorē probat tex. in l 1. §. 1. & ibi gl. & Bal. ff. de tribu. actio. & clarius in l. procuratoris. §. quæritur eo. ti. ubi optimus tex. quod & no. Bal. i 1. cōstit. ff. & ī l. ex eo. ff. de testa. & ī l. legatis seruis. §. si ex officio. & ibi

Bal.ff.de lega.3.& in l.mariti.§.quaesitum,ꝑ illum tex. ff.de adulte 11.& ĩ tractat.de teste.in uerbo. mercatorē. Io.And.in c.quanquā.de censib.lib.6.& Bal.in rub.C.de constitu.pecu.in vlt.q.vbi hoc no.limitat & consil.495. punctus super quo col.pen.li.1.& Pet.Anch.in repeti.c. canonum statuta.in.14.q.princip.vers.prouidetur quan doq; per statuta.de cōsti.& ĩ c 1.& ibi ēt Domi.& Phil. Fran.de uit.& honest.cle li 6.Io.And.in c.2.de cler.per cus.Pan.ĩ c.1.col.vl.ver.itē fallit.& ibi Philip. Dec.ĩ 2. lec.& col ēt ult.de iudi.& idē Pan in c ult.de uit. & honest.cler.Fran:Aret.in l.caetera.§.sed & si quis.ff.de leg. 1.& cōs 29 diligēter & mature.col.7.in 7.itē dubio Cor neus cō.33.quoniā per famosissimum,post prī.li.3.& Iaſ. in l.de pupillo.9.si quis ipsi praetori. col.7.uers.tu autē aduerte.ff.de ope.uo nuntia.Quibus scribēs Eusebius de praeparatione euangelica lib.4 c.1.non arca,inquit, aut funda artificiose eum uti dicemus,qui cum saepius.atq; se pius telū proiecerit semel,aut ad summū bis,uel ter ad si gnum ꝑuenerit,cū pene ĩfinities lōgissime a signo abfue rit,nec ille certe medicinā tenet.qui cum multos intere-
162 merit,uix tādē unū a morbo liberauit.† Ad tertiū,quo dictum est,nō eē reced. dum a iure cōmuni propter perso nae meritum.illud plane concedimus,uerum ius ipsum cōmune in plerisq; magis fauet uiris probis, atq; uitae sanctimonia & integritate cōmendatis,quā caeteris,san xitq; illis potius credēdā proq; illis & illorum actibus praesumendum, & si quid deliquerint(ut a qua re incepi mus,ĩ eādē desinamus)mitius cum illis esse agēdum, ne que iniuria,ut ex illis liquido apparet,quae circa initia huius capitis adduximus. Nec id propter ea ē cōtra ius, cum & ius ipsum id disposuerit. Sed iā ad alia pergamus

CAVSA QVINQVAGESIMASECVNDA.

S V M M A E.

1 *Euētus siue exitus rerū prosper,criminis poenam tollit, Limi.n.7.*
2 *In maleficijs an animus potius,quam rerum euentus spectandus.*

3 *Man-*

3 *Manlius Torquatus filium e medio tollit, quod cum hoste dimicasset, contra quam praecepisset.*
4 *Epamino das Stesimbrotum filium interimi iubet quod contra paternum praeceptum, cum hoste, feliciter tamen, dimicasset.*
5 *Auidius Cassius, centuriones, qui ipso inscio parua manu ingentem hostium numerum occidissent, in crucem tolli iubet.*
6 *Aeneas militibus prohibet, eorumq; ducibus, se inscio quicquam tentare, quantumuis opportuna sese offerat occasio.*
8 *Mala non sunt admittenda, ut bona eueniunt.*
9 *Actus hominum non euentus, sed consilio mettendi sunt.*
10 *Consultare maturè et bene, maximum lucrum.*
11 *Athenienses tollunt in crucem Imperatores, si quid prospero euentu, prauo consilio rem gesserint.*

1 QVINQVAGESIMOSECVNDO, Prosper euentus siue exitus, criminis poenam tollit per tex.not. in l. 2. §. postea.ff.de orig.iu ubi recẽsetur historia de Flauio Appii Claudii, qui cum leges in formã librumq; redactas à se subtractas populo tradidisset, Tribunus plebis ob id creatus est, tãtum abfuit, ut de futuro puniretur. ideoq; gl.ibi no.aliquẽ ex dolo suo cõsequi praemiũ. Et illũ tex. pro ualde sing.citat Bab.ĩ l.scire debemus.§. si à fure col. 1.ff.de uerb.obli. Secũdum quã sentẽtiã Parii ex Pythiae respõso Timon ĩdegnarum Deorũ administrã nulli poenae addixerunt, quòd Miltiadi Athe.rationẽ capiẽdae patriae hostibus detegisset, ob id, quòd ea res bene & ad cõ
2 modũ ipsius patriae successerit. †Seneca autẽ li. Decla.10 & iterũ cõtrouersiarũ 6. postremo hãc declamationẽ siue cõtrouersiã posuit Quidã c diuitẽ proditionis accusasset, noctu parietẽ domus eius perfodit, & scriniũ, quo missae erant ab hostibus literae, sustulit. Quã retulit Pe.An. in repe.c.1.in 14.q.principali uer.ponit Sene. de cõstit. & quaerit, utrũ ille praemium, an poenã cõsequẽdi debeat Et primum quidẽ aduocat tex.ĩ d.l.2. §.postea, ut uideatur debere praemiũ, deinde dicit ac cõtrariũ facere, quod ĩ maleficiis animũ inspicimus, nõ euẽtum l.diuus.ff. de sicar. & l.si quis seruo.C.de fur. Tãdem uero ueluti subdu

bius cogitandum reliquit.& illum referunt Barba.ī d.§. ſcire debemus.ad prin.& Fel.in c.1.col.ul.de præſump.videturq; Barb eius eſſe ſententiae,ut cõſequi debeat præmiũ,multa ad hoc afferens,quæ nihil aut parũ facere uidetur.Fel.autẽ uideri uult contrariã tenuiſſe.ſententiã, ſoluitq; nodum illius §.poſtea,quod inibi is qui librũ legũ furatus eſt,fecit animo cõſulẽdi Reip.non malefaciẽ
3 di.† In quam,& ego ſentẽtiam pedibus manibùſq; uado fretus potiſſimũ authoritate tex.no.in l. deſertorem.§.ī bello.ff.de re mili,ubi qui in bello rẽ a duce prohibitam fecit,aut mandata non ſeruauit,ẽt ſi bene geſſerit,capite punitur.quẽ tex.dicit multũ ſing.& no. Fran.Cre.ſing. 150.incip.mandatũ.Et eam quidem legẽ ſecutus Mãlius Torquatus filiũ propriũ ſecuri percuſſit,quod cõtra patris præceptũ cõ hoſte pugnaſſet eũq; ĩterfeciſſet authores Liuius 1.de ca.li.8 Valer.li.rerũ memorabiliũ 4 c.de diſciplina militari,& iterũ li 9.c.de ira,& Aegeſippus li: excidii Hieroſolymitã 3.c.24.& Ariſtides Mileſius ĩ Rebus Italicis.& ex eo plutarchus ĩ Paralellis c.13.& 17. & Gell.li.9.c.13.Et ſimile quidpiã feciſſe Anlũ Poſthumũ Tiburtinũ refert.valerius loco primũ citato,ubi,illũ ſcribit iuſſiſſe filiũ ſecuri feriri,quod ſua ſponte progreſſus hoſtes fudiſſet.Quanquã Liuius lib 4. maluerit non duos fuiſſe qui ob id filios occidi iuſſerũt,ſed unũ duntaxat, nec Poſthumũ,ſed Mãliũ Torquatũ. ea potiſſimũ cõiectura ductus,quod uulga to ꝓuerbio,Mãliana imperia dicta ſunt,nõ Poſthumana,cũ tñ Poſthumus multis ante annis Torquatũ præceſſerit,ideoq; ſi prior tã ſcueri exẽpli atuhor fuiſſet,procul dubio occupaſſet illũ iuſignẽ ſeueritatis titulũ.Præterea cũ Manlio cognomẽ imperioſi ſit inditũ,cũ Poſthumus cõtra nulla triſti nota ſit inſigni
4 tus.† Sed ſiue alter tãtũ,ſiue uterq; idipsũ fecerit,utrũq; autẽ confundit Gellius li.16.c.21.dum ſcribit Aulũ Peſthumũ Torquarum hoc idẽ egiſſe.Certe conſtat Epaminondam illum inſignẽ Thebanorum ducem non diſſimili ratione Steſimbrotum filium interimi iuſſiſſe,quod in exercitu relictus cõtra paternũ præceptum in hoſtem feliciter

liciter pugnasset, sicut in 3. Rerum Thebanarum scribit Chresiphon, & ex Plutarchus in Parallellis, c. 13.

5 † Propterea minus mirũ uideri debet, quod Auidius Cassius dux exercitus Antonini imperatoris, & qui ipse postea mperauit cẽturiones, qui ipso inscio parua manu ingẽtẽ hostiũ numerum negligẽtius agẽtiũ occiderãt, ĩ crucẽ tolli, seruiliq; supplicio affici iussit. Quæ res tãtũ disciplinæ Romanis addidit, tãtũ terroris hostibus ĩiecit, ut pacẽ annorũ centum ab Antonino absẽte peteret, ut qui uiderãt dãnatos Romani ducis iudicio, eos qui cõtra fas uicerãt. author volcatius Gallicanus ad Diocletianũ in uita.

6 His adstipulatur illud Virgilii lib. 9. AEneidos,

Hostis adest, eia ingenti clamore per omnes
Condunt se Teucri portas, & mænia complent.
Nanq ita discendens præceperat optimus armis
AEneas, si qua interea fortuna fuisset,
Nec struere auderent aciem, neu credere campo,
Castra modo & tutos seruarent aggere muros.
Ergo & si con ferre manum pudor iraq; monstrat,
Obiiciunt portas tamen, & præcepta facessunt.

7 † Sed ut ad nostros redeamus, Pe. Anc. cõ. 175. præmittẽdum est, cõsuluit ꝑ tex. in d. §. ĩ bello felicẽ & bonum exitum nõ excusare delinquẽtẽ. Nã in maleficiis uoluntas ĩspicitur, nõ euẽtus l. 1. §. diuus. ff. ad leg Cor. de sicar. Alberi. quoq; ĩ ul. parte staturorum. q. 478. alias, q. 78. ĩcip. disputauit. co. 3. dicit per illum tex. in d. §. in bello, quòd qui facit aliquid prohibitum puniẽdus est, quãtuncunq; bonus effectu secu tus sit. Ad quod ẽt allegat l. ul. c. de nego. gest. quibus & tu adde tex. in l. si quis seruum §. si puerũ. ff. ad l. Aquil. ubi ponitur, qui puerũ castrauerit, licet

8 ex hoc illũ meliorẽ reddiderit. † Neq; id certe mirum nã ut dicit diuus Pau. ad Rom. c. 1. non sunt mala faciẽda ut bona ueniant. de quo etiam est tex. apud nos in ca. ex tuarum de sortil. & c. super eo. de usur. ubi no. glo. nõ eẽ prætextu boni malum faciendum. ad quod & multa alia iura allegat illic omnibus obuia. quibus adde tex. in c. non magnopere. ne cler. vel mona. vbi & glo. 1. hoc idem not.

& alia quoq. iura adducit, & ibi post eā Hostien. Ioann. And.& Panor.in ea destinguentes, ut ibi per eos uidere licet.Ad idem quoq; tex.in c.ne quis & c.faciat.22.quaestione secunda,& c.relegantes,& ibi glo. 23.q.5.& c.nos
9 se.& ibi quoq; glo.30.q.1.† Et hanc partem hoc quoque comprobat,quo factus hominum non euentu, sed consilio metiendi sunt,& aestimādi ut est tex.in l.verū §. sciēdū.ff.de minor & l.sed an vltro.§.1.ff.de nego. gest. ubi glo.in eā rē adducit huiusmodi sentētiā Boetii. At uero is nostris malis cumulus accedit,quòd aestimatio plurimorū nō rerū merita,sed furtunae spectat euētū,eaq; tantū iudicat eē prouisa,quæ felicitas cōmēdauit cui & simile est illud Ouidianū in epist. Philidis ad Demophonte,

Exitus acta probat.careat successibus opto,
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Quos uersus vna cum d.l.sed an ultro. ad probandum inspiciendum esse consilium.non euentum,citat Bal.noster consi,vl. ad fi.li.4.& Matthaeus Afflic. in constitutione Sicilia incip.frequenter.col.3.in 1. nō.

10 †In quā etiam sententiam Artabanus apud Herodotum In Polyhymnia,Græce quidem, sed in hunc sensum, Bene,inquit,consultare comperio maximum esse lucrum, nam etiam si quid e contrario euenturum est, verum est tamen minus bene consultum,superauitq; fortuna consilium.At qui turpiter,consultauit,si a fortuna obsecundauit ille est quidem uoti compos,nihilo tamen minus male consilium cepit.Isocrates in oratione, quam de laudibus Helenae conscripsit, qui ante rem animaduertere nihil possunt,sed rerum euentus solum considerant. Cic. quoq; pro Rabirio eos item redarguit qui consilia euentis ponderant,& qui multum illum prouidisse, cui bene processerit,Cui secus, nihil sensisse dicunt, ut iam nihil esse uideatur,nisi diuinare sapientes.Idem philip. 11. In recta,inquit,sententia ne uicta quidem causa uituperanda est.Et in Paradoxis,Nec enim peccata rerum euentu, sed uitiis hominum metienda sunt, Demosthenes alter eloquētiae oculus,in oratione,qua Cresiphōtē aduersus

AEschinem

AEschinem defendit, Vide, ait, quid ipse consilii capiendum censuerim, nec ea quae euenerunt, intorqueas, nam finis rerum omniũ, ut fortunae libuit, imponitur, electio
11 vero consultantis ingenium ostendit. † Liuius. 3. deca lib. 7. Apparebat, inquit, quo nihil iniquius est, ex euentu famam habiturum & 4. decad. lib 8. tradit apud Chartaginenses in crucem tolli imperatores, si prospero euentu prauo consilio rem gesserunt. Quintilianus auus decla. 281. Nunquam, mens, ait exitu nestimãda est Plinius Cecilius lib. Epistolarũ 5. ad Rufum, Est omnino, inquit sed usu receptum quòd honesta consilia, uel turpia prout male, aut prospere cedunt, ita vel reprehenduntur. Cornelius Tacitus de Suetonio Paulino li. 1. Cũctator, inquit, natura, & cui cauta potius consilia quã prospera ex casu placeret. Seneca lib. 4. Declamationum. Omnia honesta uoluntas inchoat, occasio perficit. Saepe honorata uirtus est, etiam ubi eam fefellit exitus, Scelera quoq; quamuis citra exitum subsederunt, puniantur, nec ĩfelix virtus amittat gloriae titulum, nec gloriam uirtutis ĩter rumpit fortuita felicitas. Plutarchus in cõparatione Niciae & crassi, Nec illi ait, satis recte iudicare uidẽtur qui cum Alexandri laudant expeditionem, Crassi audent uituperare conatus. Neq; enim decet ex euentu rei iudicia facere Et in hanc rem multa iura adducit Barb. consi. 46. illud adducam quod praeclare. col. 1. quae ibi in prõptu sunt omnibus quibus deniq; addas text. nota. in l. fraudis ff. de regulis iuris. Cuius haec verba sunt, Fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur.

CAVSA QVINQVAGESIMATERTIA.

SVMMAE.

1 *Pœna mitior imponitur, per uiam inquisitionis, quam per uiam accusationis.*

Et an hoc habeat locum in iure ciuili numero. 2

3 *Condemnari an quis possit ex inquisitione generali.*

succedere loco accusatiõis generalis,quæ nõ admittitur per ea,quæ ibi allegat.Sed Fely.ubi supra, dicit aduertẽdum,quod ex inquisitione generali,nõ videtur quis posse condemnari,cum fiat ad inuestigandũ,non ad puniendum,& ita fit ut præparet viã inquisitioni particulari, secundum not.per Inno.in capi.bonæ,eius initii 1 de elec. ubi dicit ita totum modum practicare,& refert.Panor.in cap.grauamen in 2.col.de præben.& ita uidetur sensisse Bar.in d.§.si publico.Alioquin si ex inquisitione generali quis condemnetur.dicitur de facto cõdemnari , concludit tamen Bal.quod siue de facto,siue de iure sit condemnatus,per inquisitionem generalem,nõ sit infamis , quin subdit Bal.ipse quod opinio gloss.potest saluari per tex. in l.1.C.si tutor.uel cura.non interue.quem allegat glo. in d.§.præterea.nam ibi non permittitur liberto attenta re cõtra patronum accusationem famosam,atque inquisitionem potest mouere,tanquam per illam non infametur patronus,alioquin enim eadem rõne denegaretur liberto,sicut accusatio. Sed,& uide Spec.in §.1.versic. qui de iustissima.tit.de senten.& Bald.in l.etiam. de furt.& Panormi.consi.25.canonicus regularis.in 3.dubio.lib.1. uide glo.in cap.in fidei.de hæret.lib.6.

CAVSA QVINQVAGESIMAQVARTA.

SVMMAE.

1 *Iudex potest imponere pænas leuiores sibi permissas ,propter qualitatem iurisdictionis iudicis,qui non habet potestatem imponendi pænas à iure statutas .*

Et an hoc habeat locum in iudice ordinario,nu.2.

1 QVINQVAGESIMO QVARTO, Propter qualitatem iurisdictionis iudicis qui non habet potestatem imponendi poenas a iure statutas.potest iudex ipse imponere poenas leuiores siue permissas,ut est tex.in capitulũ archiepiscopatu.de rapto.ubi quia episcopus,cui fuerat

1 QVINQVAGESIMOQVINTO, Si cardinalis obuiauerit, qui ad morte & ducitur, poena est omnino ei remittenda, ex quadam prærogatiua, quam ex consuetudine habent Cardinales, ut dicit Bald. in l. addictos, in fi. C. de appelat. & ibi etiam post eum, Saly. & Pau. Cast. qui ita retulit, ut uideatur uelle hoc tum demum habere locum, si Cardinalis ponet capellum (quem uocat) super caput ipsius rei, dicitq; ita obseruari de facto. & ide Pau. Castrensis in l. addictos. C. de episco. audi. in fi. vbi refert audiuisse se in Romana curiā hoc idē priuilegium cōpetere cardinalibus, propter reuerentiam dignitatis. nulla tamen capelli mentione facta, licet, ut dicit ipse Pau. hoc iure cautum non reperiatur, sed ubique, ait audiui diuulgatum. Et ideo tempore quo curia erat Florētiae, caue- 1 bant iudices, ne ducerentur rei per ea loca, quibus cardi

2 nales obuiarent.† Cuius etiam rei mētionē facit Mart. Laud. qui hoc dicit sing. in tract. de Cardi. versi. 6. Cardinales habent ex priuilegio. Caepol. cautela 2 & Barba. ī 2 tract. de praestantia Cardinalium, in nona quaestione, 1. par. per totam quæstionem ubi late disputat de ualiditate huius priuilegii. Et si teneretur quod ualeret, dicit tamen, quod recipit sex declarationes, de quibus per eum in loco, ubi licet omnibus uidere. Eius quoque rei meminit Felyn. in cap. quærenti. columna penultima, de offic. deleg. & Ias. qui hoc reputat sing. in §. poenales, ī chart. vlti. versicu. tertio, & ultimo, Institu. de actio. Hippolyt. Marsi. singul. 273. notissimum est in iure, colum. 3. uersic. quibus etiam addi potest, & Anto. Corset. in suis singul. in uerbo, Cardinalis. ubi uidetur tenere huiusmodi priuilegium non ualere. Et nouissime Catel. Cot. in memorabili incip. Cardinales gaudent, ubi & hoc reputat singu.

3 † Legimus autem apud Plutarchum in Numma Pompilio, eū honorē inter caeteros uirginibus Vestalibus fuisse concessum, quod si casu in aliquem incidissent, qui ad lethū duceretur, necati eum non licuisse, necesse tamen erat, uirginem deierare non ultro & consulta opera, sed casu obuiam se factam.

per mortem per multa quæ de malitia mulierum affert. Ego uero nescio an olim id in Gallia fuit obseruatum. id autem certò scio hoc tempore non obseruari.

CAVSA QVINQVAGESIMASEPTIMA.

SVMMAE.

1 *Pœna mitior illi imponenda, qui clam, quam qui palam deliquit.*
2 *Quod nemo nouit, pene non fit.*
3 *Peccare in occulto ad diminutionem peccati facit. Et quid ita.*
4 *Persuadere grauius esse, quàm compellere.*
5 *Peccare aperte, leuius est, quam sanctitatem simulare, in comparatione duorum malorum, ex sententia D. Hieron.*
6 *Peccatum occultum an leuius sit quàm publicum, tex. glo. & docti. amplissima in utranque partem dissertatio.*

1 QVINQVAGESIMOSEPTIMO, Videtur mitius puniēdus, qui clàm, quàm qui palam deliquit, cū sit tolerabilior culpa, si lateat, quam si leuis usurpetur authoritás cap. nemo. 32. q. 4. idest, ut interpretatur glos. maius peccatum est manifestè peccare, quam occultè de quo etiam uidetur tex. in §. sed illud silendum. in fin cum multis c. seq. 50. di. 11. & in c. ex tenore de temp. ordi. ubi publicus peccator magis punitur, quàm occultus, & capitulo primo in fin. de uoto. libro sexto ubi gloss. adducit concordan.

2 † Quibus accedit illud Psalm. Beati quorum tecta sunt peccata. Et illud quoque uulgo celebratissimum, si non castè, tamen cautè. Cui adstipulatur, quod tradit Sueto. de Claud. imperatore, Is enim iuuenem corruptelis adulteriisq; famosum nihil amplius quā monuit, ut aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certè cautius. Addiditque; Quare enim ego scio quam amicam habes? Cui etiam cō simile est illud Apuleianum, Quod nemo nouit, pene non fit.

3 † Facit, & illud Esaiæ 30. peccatnm suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec abscōderunt. Cuius authoritate subnixus Diuus Thomas 2.2. quæst. 66. artic. 3. dicit, q in oc culto peccare pertinet ad diminutionem peccati, tū quia est ſignum uerecundiæ, tum quia tollit scandalum. Nam, & uidemus furtum non manifestum mitius puniri, quàm manifestum, non solū nostris II §. ex maleficiis. Instit de actio. sed & legibus Mosaicis id quoque seruatur, atque
4 etiam Platonicis lib. de leg. † Contra tamē quod grauius peccare uidetur, qui clam peccat, quā qui palam est, tex. in cap. cū ex iniuncto. de hæreti. & l. palā, ff. de tit. nupt. & l. ulti ff. de effrac. & l. nō existimo, ff. de admi. tuto. Et grauius est ueneno occidere, quàm gladio. l. 1. C. de malefi. grauius quoque est persuadere, quā compellere. l. 1. §. ul. ff. de ser. corrup grauius itē noctu, quam sub lucem peccare, ut dicit Bald. in l. non minorem, C. de transact.
5 † Et bene facit tex. i l. officiales. C. de episc. & cle. ex quo glo. in uerbo, clandestinis, not. plus puniri clandestinum delictum, quàm publicum. Et dicit diuus Hieronymus in Esaiam cap. 12. quòd in cōparatione duorum malorum, leuius est aperte peccare, quā sanctitatē simulare. Et hāc snīam Plutarchus in lib. De sera numinū uindicta, refert Thespesium quendam qui a morte surrexerat, afferere apud īferos, eos qui manifeste peccauerāt, palamq;, flagitia perpetrarāt, non tam acerbè plecti, quàm qui clam in iuste uixerāt, prætextuq; ac opinione uirtutis delituerāt.
6 † Plura hoc possem afferre in utranq; partē, & limitationes, quas uocamus, siue distinctiones adscribere, sed quoniā iam prope nimiū hic noster tractatus excreuit, dum aliud ex alio non cogitantibus nobis sese offert scribēdū, idcirco posthac breuiores erimus, cōtenti summatim, dū huc perficiemus, quod reliquū est, conscribere, & ad loca cuiuslibet capitis propria remittere. Igitur ad hoc caput uideto gl. in d. §. ex maleficiis. i uerbo, quadrupli, & ibi Bal. Io. Fab. Plat. & Ange. & cæteros, Insti. de acti. & glo. in capit. clericus. octuagesimaprima, di. & in d. c. ne mo. trigesimasecunda quæstione quarta gl. & doct. in ca.

de

dehomine. de celebra.miss. Iac.Bu. Cy.Bal. pau.Ca.& alios in lege nemo.C de sum.tri.doc.in lege prætor §.& generaliter ff.ubi bo. rap.Ioan Fab.in § sequens d uisio Insti.de actio.panor. & recentiores in cap.cum quidam. de iurei ur.& Felyn. in capitul.u timo columna secunda uersiculo nota quod grauius,de accu. & uide etiam quæ dixi supra.

CAVSA QVINQVAGESIMAOCTAVA

SVMMAE.

1 *Delictum committens ex officio uel administratione, quam gerit, mitius est accipiendus.*
2 *officialis nō præsumitur esse in culpa,ubi privatus præsumeretur.*
3 *Afficialis condēnatus de maleficio commisso in officio, non potest appellare.*
4 *Decurio si delıquerit in officio,puniri potest.*
5 *Accusatus de crimine commisso in officio,suspendi potest.*
6 *Magistratus potest conueniri ex delicto in officio commisso.*
7 *Iuramentum partis cum semiplena probatione, suficit in delicto commisso in officio.*
8 *Tabellio condemnatus de delict oin officio cōmisso non potest ultra officium illud exercere.*
9 *In dubiis ratione officii,ubi delictum apertum est, grauior poena incumbit.*

1

QVINQVAGESIMOOCTAVO. Cum, quis ex officio,uel administratione, quam gerit, cōmittit delictū, mitius cū eo agendum est,per text in l.tres tutores. ff.de admi.tut.ubi not gl.quòd velamē administrationi furtū tēperat quā gl.pōderat Bal.in c 1.§.iniuria.i uerbo.siue furtū,co.2.tit.de pac.iu firmā.& per eā dicit, quod administratio mitigat.delictū ad quod ēt alegat l.si multi.ff. de publi.& uecti.Quibus adde tex.i c.si uero.eius initii 1.de sentē.excōmunic ex quo no. Pan.& Fel quod delictū cōmissum ratiōe officii alleuiatur, quādo delinquēs

modum excessit, ratiõe principii liciti. Nã bono zelo mo tus uidetur, non suadent diabolo ad quod etiã in allegant c.olim.de resti.spo.& c.significauerit.pe poen & remiss.
2 †Quibus suffragatur quod dicit Bal.in l.2.per illum tex. C.qui accusa.nõ poss.quòd officialis non præsumitur esse in culpa, ubi priuatus præsumeretur.& cõsil.178.præsupposito statuto.in prin.li.1.ubi dicit, quòd i inquisitore non præsumitur dolus, licet rei fuerint absoluti. nã officii necessitas eũ excusat, ut dicit plene no.i l.athletas, §.calũniator.ff.de his qui no.infa.& cõsi.494.sciendũ est quod moneta.col.ult.uer.de 3.inquisitione.eo lib.1.ubi dicit sing. quòd si officialis rem à fure subtractam recipit, præsumitur id ex bona & laudabili mente fecisse, allegat l.2.C.de off.ciuil.iudi.ibi, quod non arbitrantur.rursumq; cõ.451.quia in accusatione instituta, uer.4.ratio. li.4.dicit quòd ratione officii quis excusatur, nisi probetur dolu .per not.in d.§ calumniator. & idem uoluit Roma.in repe.l.si uerò.§.de uiro.in 27.fal.ff.solu.matr.ubi dicit, quod qui necessitate officii accusat, non praesumitur ex calumnia officii fecisse, etiã si nõ probet, licet alias secus, per d.l.2.qui accu. non pos.& l.mater.C.de calũ.quod ẽt tradit Albe.in 2.parte statutorũ, q.120.cuius est prin.itẽ quæro, si ex forma statuti.per d.l.2.uide Bal. ĩ l.etiã.ad fi.C.de fur.& in l.errore.C.de test.
3 †Multa tamen sunt, quæ contrarium nõn suadere modo, sed & persuadere uidentur. Primum quòd officialis condemnatus de maleficio in officio commisso appellare non potest. l. nulli.& ibi docto.C.quor.ap.non recip.&.§. nulli.2.q.6 & uoluit Spec.ti.de appel.§.2.ue.3.& ibi Bal.qui hoc ẽt dicit procedere de iure canonico.
4 † Secundo licet decurio alias non possit torqueri.d l.omnes judices.C.de decur. li.10.poterit tamẽ, si deliquerit ĩ officio l.qualiter eo.ti.
5 Tertio licet alias accusatus de crimine, non debeat pendente cognitione suspendi ab officio.l.reo,& l.quãuis.ff. de solut.suspenditur tamen qui accusatur de crimine cõmisso in officio.l.quod si forte, ad fin.& ibi Bar.ff.eod.& §.quis, Insti.de suspec. tu. de quo tamen uide per Aufre.

in decisio 371.inci fuit quæsitum si aliquis officiarius.
6 Quartò licet maior magistratus non posit aliàs conueni ri durante officio l.2.ff.de in ius uocan.& l.pars literarũ ff.de iudi.& l.nec magistratus ff.de iniur.& c.prohibentur.2.q.1. poterit tamen ex delicto in officio cõmisso cõ ueniri, ipso durante officio l.iubemus.& ibi gl.in uerbo, administrat.C.ad leg.Iul.repet.quam glo.ad hoc pro sin gul.allegat Rom con.415. quo ad primum an syndicus. & ex quoq; tex.in c.iubemus.1.quæstione prima,& cap, sancimus.2.quaest.7.& in §.si qui uerò & §.si quis auté. in authẽ.ut iudi.sine quo suff quem ita intelligit gl. ibi, ĩ uerbo,habẽtes,& etiã An.qui illũ reputat singul. & itẽ rũ in §.illud eòdẽ titulo,& uoluit glo.& Domin.in dicto cap.prohibentur.& gl.in dicta lege de in ius uocan.& in d.l.nec magistratus & ibi etiam Bar.& idẽ Bar. ĩ d.l.nulli.& Bal.in l.mancipia.C.de ser.fugi.& Fel.in c.legeba-
7 tur.co 2.ff.quod met.cau.† Quinto licet in delictis opus sit testibus, & probationibus luce meridiana clarioribus l.ultima.C.de probat. ideoq; in supplementũ probatõis nũquã in criminalibus defertur iuramentũ.per not. late in l.admonendi.ff.de iureiurand.tamẽ quando quis accu satur de delicto in officio commisso, sufficit iuramentũ partis cum semiplena probatione.ut not.glo. in §.necessitatem.in uerbo,ostenditur.in authen. ut iud. sine quo. suff.de quo per Ioan.Plat.in l.si aliquid.C.de suscep. libro vndecimo,& in l.iudices.C.de dign lib. duodecimo.

Sextò licet quis de delicto fuerit conuictus sine condemnatus, poterit tamen officium, quod ante habebat, exercere. ex rescripto principis.l. si quis. C. de cohort. lib.12.cum similibus, hoc tamen non procedit, ubi quis cõdemnatus est de delicto in officio commisso, quia non poterit amplius huiusmodi officium, etiam ex rescripto principis, exercere.d. l. si aliquid.& dicta lege iudices, & lege prima. C.de offic.proefec.proet. & lege secunda. C.de palat.facr largit.libro duodecimo cum concor. adductis per gloss in dicta lege si aliquid. & d. l. iudices. C.de anno.& trib.

8 Pro-

8 †Propterea dicit gl. no. in anthē de armis in prin. & rursum in l. si quis ex argentariis, § 1. & ibi Bart. ff. de eden. quod si tabellio fuerit cōdēnatus de delicto in officio tabellionatus cōmisso, ut de falso instrumēto ab ipso facto, nō poterit amplius hmōi officiū excercere, secus si de alio delicto fuerit cōdenatus, quod & ēt uolut. Bar. in l. 3. §. hac lege. ff. ad leg. Iuli repet. & in l. nō pōt. ff. de fur. & cōs. 174 sed Io. de Cast. & Bal. ī l. 1. C de test. & in l. & militibus C de test. mil & in l qui depositū. C. depo. & in l. in exercēdis, col. 2. C. de fid. instru Ang. & Imo. in l. infamē C. de pub. iud. Io. Ana in c. fraternitas, col. 3. de hær. Io. Pla. in d. l. si aliquid & in l. 1. C. de imm. nō cōce. co. 2 in fi. li. 10. Ang. Aret in trac. male. in uerbo, falsario co. 5.
9 & Ia. in l. barb. co. 14 uer. extra omnē. ff. de off. prat †Igitur ut hāc difficultatē tollamus, ita hūc locū breui cōcludemus, ut ī dubiis qui rōne officii excusetur à dolo, & calūniā, in apertis uerò, id est, ubi delictū apertū est, & certū tātū abest, ut excusetur, ut ēt grauius puniatur p ea, quæ pxime sunt dicta. Ideo Bal. in c. quoniā cōtra falsā, co. 9 ue. extra quæro, de probat. dicit quod necessitas officii excusat præsumpta calūnia, sed nō ab expressa. & alibi videlicet cōs. 119. statuto cauetur, quod si quis. in co. 4 eadēq; pe. uer. sed cōtra hoc opponitur l. 2. dicit quod officiū nō excusat maleficiū, sed tamē inducit præsumptionē, quod nō sit maleficiū, nisi euidēter appareat, ut dicit no. in d. §. calūniator. & ī l. ī rē. §. tignū ff. de rei uendi. &
10 in l. meminerint. C. unde vi. †Sed & hoc quoq; intelligēdū est, in his quæ habēt principiū licitum, si modū quis inconsultò excesserit, mitius sit puniendus, ut dictum est in prin Et consonat quòd supra diximus ca. 1. de eo qui cum se defenderet, modum defensionis excessit.

CAVSA QVINQVAGESIMANONA.

S V M M AE.

1 *Delinquens quando non potest puniri, quin & innocens puniatur tum cum delinquente mitius agendum est.*

2 *Delictū nocēt is impunitū relinqui satius est, quā innocētē dānare*

1 Quin-

1 QVINQVAGESIMONONO, Cum nõ potest puniri delinquens, quin innocens puniatur, ille potius impunitus debet delinqui, quàm ut hic puniatur. text. est in c. quam magnum. 23. q. 4. ubi gl. no. malum tolerari ratione boni, & adducit concord. & text. quoq; in ca. sacris de sepult. ex quo not. Pan. id quòd supra diximus, dicitq; facere ad uulgatam quæstionem de duobus fratribus habẽtibus dommum communem pro indiuiso, ita quod delinquenti competat pars inferior, innocenti superior, ut uidelicet non debeat domus destrui ex statuto iubente domũ delinquentis destrui. quam quæstionem commemorat, nec soluit tamen glo. in c. sed & continnò, de pæn. di.
1 1. ubi uide Archi. † De qua etiã per Pe. Cy. & Bal. i l. etsi seuerior. in fin. C. ex quib. cau. infam. irro. & Dyn. in l. si finita. §. ex hoc. ff. de dam. infect. Bart. in l. cum alicuius, ante fi. ff. de nego. gest. & i l. Athenis. §. de eo opere, & ibi Alex. in addi. ff. de aqua plu. arcen. Bal. in l. 2. C. quib. cau. ser. pro præ. lib. acci. ubi late comperies, quid in hac re faciendũ est. Sed quicquid sit, illud semper certũ est quod in prin. huius capitis diximus. Nam ut dicit tex. no. uulgo tamen notissimus in l. absentem. ff. de poe. sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocẽtem damnare.

CAVSA SEXAGESIMA.

SVMMAE.

1 *Delinquens, si statim pœniteat, omniaq; in pristinum statum reponat, mitius accipiendus est.*

1 SEXAGESIMO, Qui etsi men cõmisit, statim tñ poenitens omnia in pristinum statum reposuit, licet sit puniendus. l. qui ea mente. ff. de furt. & l. quis sit furtiuus, §. 1. ff. de ædil. edict. mitius tamẽ cum eo agẽdum est. per id quod pulchre decidit Alber. in ultima parte statutorum. quæst. 69. quæro etiam supposito, quod si quis bannitum receptauerit duobus, uel tribus diebus, & postea poenitens eum prodiderit, præsentaueritq; potestati, licet sit punien-

puniẽdus ex forma statuti, huiusmodi receptionẽ puniẽtis, per illa iura, & alia quæ allegat, poena tñ mitigabitur arg. textũ ĩ § sed quia delinquẽtes in aut. de mand. prin. & aliis multis § §. illius tit. & l. 2. C. de decur. li. 10. & l. si sciuerit. ff. de excus. tut. & per multa quæ illic allegat.

CAVSA SEXAGESIMAPRIMA.

SVMMAE.

1 *Vulnerans aliquem lethaliter, quem alter postea occidit, non ea pœna plectetur, quam pependisset, si uulneratus ex suo uulnere occubuisset.*

1 SEXAGESIMOPRIMO, Si quis alium lethaliter vulnerauit, quem alter postea occiderit, certe non ea punietur poena, quam pependisset si uulneratus ex suo vulnere occubuisset, scilicet tanquam de occiso, sed tantum de uulnerato. textum est ad literam. in lege item Mela. §. Celsus. ff. ad leg. Aquiliam ex quo not. Bald. mirabilem modũ defendi a morte eũ qui lethaliter aliũ uulnerauit. Et quanquã pleriq; faciãt illũ tex sing. est tamen similis in l. huic scripturæ. §. si seruus. & ibi doct. eo. tit. & uoluit gl. in c. significasti. eius initii. 2. ĩ uerbo, quod si discerni. de homi. ubi tñ distinguit inter ius ciuile, & cano. & Bal. in l. ita uulneratus eo quoq; ti. ubi referat aduocatũ quẽ piã cõsuluisse alicui, qui alterum lethaliter uulnerasset, ut illum faceret interimi per tertium, ut poenam mortis euaderet, propterea, ait, dignum illius aduocati præmiũ erat laqueus. & Rom. in sing. 158. quidam fuit uulneratus. ubi recenset se quempiam a morte liberasse, ex eoque lucratum fuisse cappam sericeam & Io. Ana. in c. significasti, eius initii 2. col. 4. uer. tunc eo casu. de homi. ubi refert illud Bald. ubi supra. & Fran. Cre. sing. quidam malus aduocatus. & Alex. in l. si ab hostibus. ff. sol. matri. & Fel. in c. de cætero. de homi. & Hip. Marsi. in l. 1 colu. 11. uer. decimoquinto limita. ff. de sica. & in l. nihil interest. col. 4. uer. ulterius quia dicitur. eo. ti. & rursum in l. si rixa col. 5. uer. ulterius in quantum. Super hoc tamen uide

Flo ri.

Flori.in d.§.Coelius & in d.l. ita uulneratus. & Cæpol. caut.20.quidam tradunt mirabilem cautelam. & Iason ĩ d l.si ab hostibus col. pe.

CAVSA SEXAGESIMASECVNDA.

SVMMARIA.

1 *Vulneratum se duo inuicem, an pæna illis infligenda.*

2 *Pacem duo inieruut, permittentes se inuicem nõ offendere in poste rum, adiectaq; ad id pæna, postea tamen se inuicem offenderũt, nec constat inter prior cæperit, neuter tenetur de pace rupta.*

1 SEXAGESIMOSECVNDO, Si duo se mutuo uulne rarint, nec constat uter eorum prouocauerit, neuter punietur, secundum glo. in l.1. §.cum arietes ff. si quadru. paupe fecis dica per tex.in l.scientiam.§. cum stamenta ff.ad leg. Aquil.sequuntur Iacob.Are. Bar.Bal. Fulg. & Alex.in Addi.ad Bart.in d.§.cum arietes, & Bal. distinguens in l.ut uim,ad fin.ff.de iustit.& iur.& in l. 1.in.12. q.C.unde ui. Imo.in l.semel mora.ff.sol.ma.& in c.significasti;eius initii 2,ĩ pe.char.uer.satis est de eo.de homi. Rom.loquẽs de iniuria uerbali in pari casu,in l.cum mu lier col.31.uer.nemo amplius.ff sol.matri.de quo tamen uide ipsum Bal.ĩ d.§.cũ arietes.& in d.l.i.vnde ui. & cor neum consi.274 uidetur prima facie col.pen.in.fi.& seq. lib. 1.& Maria.in repe.c.ad audientiam.in 21.q.7.q. prin
2 cipalis,de homicid. † Ex hoc autem subinfert Bartol.in d.§.cum arietes & post eum Flor quod si duo pacem fece runt,uel promiserunt se sub poena non offendere, & postea se inuicem offenderint, nec constat uter prior fecerit,neuter tenebitur de pace rupta. & idem uoluit Bart. in l.cum pater.§ libertis. in fin.ff.de leg.2.& in d.l.si mo ra.ubi loquitur de simili casu, ad idq; ibi allegat bonum tex in c.constitutus.de poen.& post ipsum Bart. Rom.in
3 d.§.libertis.& Fely.in c.dilecti.col.ult.de excep.†Nec tamen omittendum, quod ipse Floria. in d.§. cum arietes, ueluti oblit.eius quòd diximus ex co.& Bar.de pace rupta

pta, ſtatim poſtea dicit, quòd ſi duo ſe mutuo percuſſerũt non fiet in dubio abſolutio. ſed uterque condemnabitur per l. quemadmodum §. ſi nauis alteram. ff. ad leg. Aqu. Quod omnino a ratione abeſt.

CAVSA SEXAGESIMATERTIA.

SVMMAE.

1 *Vnus ex pluribus aliquem offendit, idq; conſtat, uel aliud delictum commiſit, ſed dubium eſt, quis eorum fecerat, nemo puniendus eſt. et nu. 2.*

1 SEXAGESIMOTERTIO, Si certum ſit, unum ex pluribus aliquem interemiſſe, uel aliud delictum commiſiſſe, nec tamen conſtat quis eorũ fecerit, nullus puniendus eſt. Ita uoluit glo. not. in l. item Mella. § ſed etſi ſeruum plures. ff. ad leg. Aquil. per l. abſentem ff. de poen. & glo. in c. quieſcamus. 42. diſt & in c. nolite. in uerbo, triticum. 11. q. 3. & Specul. titu. de homi. §. 1. uerſic. pone quatuor. 2 †Sed quia contra hoc uidetur eſſe tex. in d. §. ſed & ſi ſeruũ. & c. ſignificaſti. huius initii 2. uer. quod ſi diſceſſerint. de homici. & hoc latius patet quàm ut breuibus poſſim concludere. ideo ne ſi pergam eſſe longior faſtidium pariam. uide gl. in c. cupientes §. cæterum, in uerbo, qui culpabiles. & ibi Archid. de elec. lib. 6. Dy. in c. in obſcuris, de reg. iur. eo. lib. Alber. Gand. in tracta. malefic. tit. de homic. & eorum poenis. columna ſexta in fin. in paruis. Specul. in ti. de iudi. deleg. uer. ultra alias. iuxta uer. quid ſi in rixa. & in ti. de homi. §. 1. verſi. ſed pone quod tutor. Cy. Io. Faber. in l. quoniã. C. ad l. Iul. de ui publi. Bar. Angel. & omnino Hippo. Mar. in l. ul. ff. ad leg. Cor. de ſicar. Bar. Bal. Angel in l. ita uulneratus in fin. ff. ad leg. Aquil. Alber. in tracta. ſtatutorum, in 3. parte. q. 61. Bald. in l. qui ſeruo. § ul. ff. de fur. & in l. non ideo. in antepe. q. uer. ſed iuxta hoc uenit. C. de accu. & in l. ſi certus, cũ l. ſeq. ff. de SC. Sylla. & cõſ. 361. lib. 1. Ang. in l. reos, ff. de duob. reis. Imol. in cle. 1. col. vl. uer 3. quærit. de homici. Floria. in d. l.

d.l.itē Mella.§ sed etsi ff.ad l.Aquil Sal.Gaspar de Calder.& Pe.An.inter cōs ipsius Pe.cōs.216.nos Bartholomæus.& Raph Cu.cōs.134.uisis totius cōtrouersiæ co.2.post prin.& iterū paulo post in uer.quamobrē.Ro cōs.401.eo præsupposito,Maria.in repe.c.ad audientia.in 30.q.& item in 397.q.principalis de homici.& Alex. cons.15.uiso processu inquisitionis formatæ.lib 1.& cōs.50.col.2. er 4 dato.& co.vl.ver nō obstat ultimum.eo lib.1.& cōs 14.ponderatis narratis col.2.ver sunt præterea multæ.& cōs 2.viso processu.co.1.in fi.& seq lib.7.Feli.post alios in d.c significasti,eius initii.2.co.3.versi.nota ibi de homici.& Hippol.Mar.in l.1 col.11.versi.16.ff.ad leg.Cor.de sicar.& in rub.de proba.col.83.ver item redeundo & col seq.ver.non omitto.& sing.217.vide omnino Alex. in l.1.col.8.ff.si cert pet & consi.15. col.3. uersi.quarto moueret.

CAVSA SEXAGESIMA QVARTA.

SVMMAE.

1 *Damnatus ad mortem laquei,si laqueo rupto in terram ceciderit, liberandus ne sit.*

1 SEXAGESIMO QVARTO, Si damnatus ad mortem laquei,laqueo ipso rupto in terram cecidit, credendum est illud factum esse miraculose in dubio,cum ipse protestatus fuisset de innocentia,& ideo est liberandus, ut per multa decidit, Lucas Pen.in l.1.col.7.ver.sed pone damnatus est aliquis.c de deser.& occul.lib.12.& sequitur & dicit not.Philip.Dec.in l.fauorabiliores. in fi.ff. de reg.iur.Huic operi nostro iustissimum finem adfere ruptus laqueus.

FINIS TRACTATVS

DE POENIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM INSIGNIVM,

Quæ Andrea Tiraquellus hoc suo opere contexuit.



Carcer

Clam

Cri-

dauid

Dolus

E

Fa-

Fides,

Frater,

Hære-

H

I

Indif-

Iudex

L

Lex

a Malo

Mulieres

Nobi-

O



Officialis

refert

prae-

probum

Quod

Rapuisse

R

Rogatio

Sortitione

Th e-

Verum

uolo,

X

Z

FINIS INDICIS.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh.

Omnes sunt Quaterniones.

FRATER Felix Perettus à Montealto, in Gymnasio Domus magnæ Reg. & hæreticæ prauitatis Inquisitor uidit legit & recognouit Andr. Tiraq de Poenis, & admittit manu propria ex Domo magna fratrum min. Venet. Die xiiii. aug. 1559.

